
ORTVS, ET OCCASVS

CVIVSLIBET MORBI EPIDEMICI SEV MALIGNI.

AVTHORE

TIBERIO FARINA

MELPHYTANO.



ROMÆ, Ex Typographia Mancini. 1672.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO AD LECTOREM.

ASſeuerate autumo profeſſorum exuberantiam, artium veritatis ſuiſſe penuriam. Ciuilibus idcircò quia iuribus cunctis paucæ tabellæ quædam, tranquilla populi totius cum felicitate fuſius olim erant, & hodie, tota quamuis terra illis imbuta, tanto vberius iurgiorum triumphare multitudinem cenſeo; Ceù appoſitè medica de arte, temporis tantis quidem viciſſitudinibus præteritis, danalique pratticorum turma florente, adhuc clanculam auſpicor morborum durare cognitionem, miſerabiliumq; ægrorum calamitatem videre adultam. Huius deniq; *magni momenti negotij perpendere occaſiones, ſatagis derelinquo.* Et *quomodocunque ſit, auſus iam ſum ò* Lector *eruditiſſime nouas has meas de* Epidemia; *ac Po-*

dagra depromere normas: vidi quia, & agnoui tantam hodiernorum practicantium hallucinationem, tum incertam illarum ob ſedes, tum quoq; de medicaminum minime examuſſim vſurpationibus. Itaq; abſurdum haud quaquam fore haſce meo inuenctas marte in publicum prodire: tanto magis ſublimium phyloſophorum vniuerſitas naturam inquiens adhuc miſtyca, velataue arcana ſua manutenere, eaque dietim vulgo exprimere. Si forſitan vero alicui diſſertatio hæc mea de cauſis Epi*demiæ, ac Podagræ ipſarumq; de medicamentis moroſa agnoſcatur. Mirum haud illi ſit, quia nouum omne acerbum reputatur ſactitatum deinceps maturum, & ſalubre cenſetur. Si demum perſpicua, atq; ordinata minimè: ſcire debeatis, in viam ad ſtudendum, iam ſum; dum vigeſimo ſecundo ætatis meæ anno hæc feci. Vale, & virtus perpetim ſit tibi.*

Er-

Errata.		*Corrige:*
Pag. 8.	Continere	continere putamus
8	igitur eſt	igitur vt
19	tribuere	tribuunt
20	habent	habere
43	explanare	audimus explanare
51	exercere	exercuere
56	erit	erit cognoſcere
88	actiones	vexationes
89	A tam.	Ad
91	excutio	excretio
110	calidusue	calidumue
ibid.	erit ſpoliatus	ſpoliatum fore

Hæc ò Lector ſunt quæ ſenſum poſſunt variare. Cætera autem tuæ prudentiæ remitto.

Digitized by Google

INDEX CAPITVLORVM.

CAp. Prim. Argumentum, ſeù Introductio Tractatus. pag. 1.
Cap. II. De Cibis, & Potu. pag. 10.
Cap. III. De Aere. pag. 19.
Cap. IV. De Epidemiæ Natura. pag. 42.
Cap. V. De Signis. pag. 52.
Cap. VI. De præcautione ad facienda itinera. pag. 57.
Cap. VII. De recenti medicamentorum Sylua. pag. 61.
Cap. VIII. De recentiſſima horum

mor-

Digitized by Google

morborũ, ac rationali cura. pag. 75.
Cap. IX. Primus Curæ Caſus. pag. 82.
Cap. X. Secundus Curę Caſus. pag. 87.
Cap. XI. Tertius, & extimus Curæ Caſus. pag. 97.

Digitized by Google

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſ. Patri Mag. Sacri Pal. Apoſt.

I. de Ang. Archiep. Vrbin. Viceſg.

Opus hoc, cui titulus, Ortus & Occaſus Cuiuslibet morbi Epidemici à Tiberio Farina Eximio Medicæ artis profeſſore compoſitum, iuſſu Reuerendiſsimi Patris Hyacinthi Libelli Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri diligenter perlegi: in quo cùm omnia Chriſtianæ Fidei, & bonis moribus conſonent; tùm à doctrinæ præſtantia per vtile medicinæ artis ſtudioſis eſſe proculdubio poſſit. Dignum quidem vt à Solis ortu, vſque ad Occasũ cum plauſu currat: atq; adeo dandum publicæ luci cenſeo. Romæ die 26. Februarij 1672.

Abbas Don Octauius de Auguſtino S.T. & V.I.D. Prothonot. Apoſt. Sac. Congreg. Indicis Conſultor, ac olim q. Eminẽtiſs. & Reuerendiſ. D.D. Iulij S.R.E. Cardinalis Romæ Auditor.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Palatij Apoſtolici Magiſter Ord. Præd.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

Argumentum.

MIRABILE etſi de homine cunctis prædicatum à ſapientibus fuit, dominium poſſidente illi omnes ſuper vniuerſi creaturas; ob hęreditariam nihilominus parentum labem, iugiter torqueri ab ignorantia videtur; & id totum ſcire quod audet multis mediantibus ſudoribus, haud quaquam hęſitatione ſpoliatum in acquiſitione videtur, ſemper autem cum opinionum venit multitudine obſitum, & hæc tanti mali origo fuit, perrenniter porrò vero ambigendo de fonte, genuinaq; alicuius effectus ratione: opportuna cum eorum ſit notitia ſui ad conſeruationem, præterea cum, hac lege natus fuit, globum vt hunc, rerum interueniente ſcitu, apprimè tueatur, non immeritò igitur ſi aliquem ad

oſcurum effectum, lis apud ſophiæ cori-
pheos eius ad indagandam cauſam magna
equidem inſurgeret: ſpecialiter epidemio-
rum malorum omnium, pretium autem,
operæ detalibus conſtituta, ſermocinatio
hic cum fuerit.

Et Primum Theologiæ pratticantes pij
pacificiue cum ſint; ſtrenuè tamen Deum,
pro cauſa totius in machina ſuccedentis
mundi aſſignant. Secudo Portentoſa eſſet
hæreſis apud Aſtrologos, non confiteri
quem libet effectum productum, produ-
cendumue ſub lunari in giro minimè ha-
beri à ſtellis.

Bellicoſo Poſtremò præconio iurgantur
Medici, aſſerentes actum acturumque in,
vniuerſi republica à corporis habitu ele-
mentorumq; congerie dependentiam poſ-
ſideri.

Eia igitur vt huiuſmodi veritas ſit rei,
quod agendum tanta in animi virorum,
compitum diſſidentia; opportebit verunta-
men ad nos, vt veritatis naſcatur tantillum
ſingula noſtrum iuxta poſſe preſſius exami-
nare.

Iuſto

Digitized by Google

Iuſto iure loquuntur Theologi quemdam inuincibilem morbum, clade qui ſæuitiaq; omnes interimit ſua,à Dei permiſſu poteſtatem haberi:quamobrem non pauca in ſacris eſempla ſunt, & propter peccata adueniſſe mortem; ac maximi mundi Patroni iuſſu Iob peſſimis à Satana fædatus vlceribus fuit, Aer Dauidis in Regno graui contaminatus peſtilentia, centum octaginta quinque Aſſiriorum millia ab Angelo interrempta & alia. Igitur loqui cuncti coacti erunt minimè malum eſſe in Ciuitate quod non faciat Dominus.

Quantumuis certa, imo certiora Theologorum fuiſſe aſſerta: lex nihilominus naturæ, Cæteris Summi Domini concurſibus ommiſſis, & indifferenti primario currenti, ſingula iucunda, ac ærumnoſa huic craſſæ ſcenæ ſuccedere poſſe intendit. Nam quid mali cætera fecerunt bruta, quando calamitoſa tempeſtas illis; at denique, amplius haud mündus erit, ſi peccato geſto morte agentes Deus caſtigaſſet. Igitur agite Deo diuotè, ac Auguſtè holo-

Digitized by Google

cauſta alia autem opiferorum medicorum ſuffragia ad talium infirmitatum expulſionem opportuna erunt: quoniam illis Altiſſimus vniuerſi faber ſimilem conceſſit potentiam.

Subindè triumphantes Aſtrologi, quaſi cæli habitatores pro certo tenentes Solem Iouem Venerem, atq; Mercurium vitæ ac felicitatum eſſe largitores. Saturnum verò ſua cum frigiditate morti aſſimilantem detrimenta cunctis, Martem feritate ſua furiam, ac venenum, Lunam demum ſultitiam, onoroſitatem, ſua humorum exuberantia ac inconſtantia. Malum ergo ſeù bonum obfirmate à ſtellis ortum ducere.

Pace veſtra, ò volatiles viri; & ſi veſtrorum ingeniorum plumis, pluſquam cæteri aſtrorum cognouiſtis obtutus: credimus tamen, & multus nobis eſt timor, ne veſtra ad ſuperiora vltra tendentia, cocentiſſimos ob Phebæos radios atq; plumarum leuitatem, repentè ducat vos in dementiæ profundum. Itaq; quieſcite, &

hæc

Digitized by Google

hæc huiuſmodi rei communis fit deciſio, euidentia potius, quam figmentali opinione tota cæli locata benigna inferioribus eſſe, & quæ de Saturno, Marte, & Luna vobis incommoda videntur vera minimè ſunt: quippè quia harmonicè edunt operationes ſuas quamtumuis etenim inimicas animantibus præſtent dotes, ſtrepitoſaſq; habeant voces: armonicè diximus ac vnitim ſuas ducunt actiones. Quemadmodum citheræ cuiuſdam variæ cum ſint fides, rauca vna, acuta alia, ac ſtrepitoſa, & cæteræ dulces: ob mirabilem congeriem, tandem, atq; induſtrioſam armoniam copulatim geſtam, ſuauiorem atq; viuificantem poſtremò gignerent concentus. Quia l. diſcrepantia videatur inter ſydera: eorum veruntamen actiuitates, conuenienti atq; profluunt baſi, & quia baſis hæc inferioribus amica. Age ad alia detrimenta tribuantur quæ ad aſtra nobis cuncta iucunda Sanè prorſus demum reſtat, medicorum ad munia ſpectare hoſce ſoluere nodos germanaſq; quæſiti aſſignare cauſas;

quatenus Summi Appollinis dilettiſſimi tyrones, atq; illis dumtaxat cæterorum omnium præſtantiſſimam hanc communicatam fuiſſe virtutem, cunctas reliquas in ſe claudentem.

Itaq; vt Omniſcij ad vnguem ſingula clarificare tenentur, vnde nam calamitates epidemiarum ſortitæ ſunt iſtæ; qua propter & nos ſimilem ſecuti cum ſimus diuiniorem artem, quamuis debiles; laceſſiti operæ pretium ipſius exercere munia, & quæſiti Deo fauente determinare rationes & cauſas, quibuſq; habitis, recentiſſimam eas expellendi adiungemus methedum.

Altiſſimus ſtupendarum rerum ſator, ſuæ diuinitatis ſemen huius in Agrum magnæ reipublicæ ſerendo, ac confeſtim frondes, flores & fructus hoſpitaliter illis conceſſit. Ad illam hominis accedendo verò, artificio peculiari, ac feruido amore ſtupendè eam coluit. De hoc multi ſophiæ ſecretiores Patres cogitantes, non paucis ſpeculationibus actis, apertè manifeſtarunt, ob eminentiam, quam poſſi-

Digitized by Google

poſſidet ſupra cunctis mundi creaturis;imo expreſsè fatentur ſingulas concurriſſe vniuerſi partes ſui ad armonicam ſtructuram, & ad illius beneficium deſtinatæ iam fuere ſacro ab opifice.

Videre mihi videor pace ſublimiorum iſtorum virorum ſpeculationum, hoc vnum eſſe magnum miraculum, anima nimirum ſummi Iouis ſoboles cara, Angelorum germana, Cæli Regina, & ſublunarium rerum Imperatrix, alacris, & vniuerſa intelligens cum ſit, fæculento, ac marcido indegere videatur corpore.

Imò ardentiori in illud ſcinditur amore; cum antea intelligens erat, & poſtea obtusè præſtabit diſcurſum.

Ommiſſis enim Peripateticis ſophiſticis monſtrantibus illam, & corpus eſſe ſemientia, ob vnionemq; qua inter ſe gaudent ardentiſſimus natus fuit amor; à nonnullis noſtris factis ſpeculationibus, perlate, ac appoſitè habebitur ratio, Miſſurus nempè Æternus Mundi Artifex animam in corpus ad oſtendendum, hominem tantum

hoc dignum honore fuiſſe, veramq; ſuam poſſidere imaginem cum ipſemet Diuinus Patronus omnia inſe coercet ſubli-miori quedammodo, quatenus eorum Principium, & finis eſt.

Hominem autem cuncta continere quoniam pulcram ad ſui formationem tota concuriſſe, quemadmodum placuit Omnipotenti compoſitionis gratia.

Igitur eſt homini, perfectiori compoſitione, ac ſuauiori armonia, ſublimioriq; dignitate Altiſſimi fabri ſuorum tributorum ſit aſſimimilatio: præcipitanter è Cælo in mirandam Corporis prolapſus dignitatem, eius fuit animus, ad explanandum etiam tot, & cunctas illo ineſſe eminentias prerogatiuaſque non tantum ſupra ea tempori ſubuenientia; imo autem ſydera ſuper vniuerſa, beneficio demum muſicalis armoniæ illo inmanentis mirificè poteſtatem cæleſtes prouocare influxus, & ad eius proprietatem reducere totum: viduata aſtrorum, & cunctorum muneribus haud cumſit. Certo etiam certius credimus genui-

nuinum magnæ huius petitionis fuiſſe reſponſum .

Ex hoc autem arguimus & nos argumento ; pulcherrimam humani corporis archičtituram proportionatis mediantibus elementis Cæliq; auxilio Excelſum Opificem conſtituiſſe eam ; tali ordine, ac lege, valida, & robuſta iugiter vt ſit , illis autem alteratis diſturbatiſq; perfracta corruptaue eius venit concertatio, & ſic turpiſſimo vitio labefactata tota videtur magica miſtio , haudq; munere ritè illa exercitata fuere , vnde amborum ſortiretur infirmitas .

Nihilominus ſtante hoc aſſignato minimè quaquam ſufficiens erit ad pompoſam ſui exercitandam vitam; cum continuum ſuum eſſe viuendi aere cibo , & potu indigere videtur . Certo quidem certius iam loquendum erit bonitatem , & malitiam conceptionis hora ab illis ſupradictis diuerſimode ſtantibus pendere . Alia deniq; nouiter producta , ſine fallacia aer cibus , & potus exagitatæ illorum fuerunt origi-

nes :

nes: itaq; noſtri operis vt habentur proceſſio cuncta hæc examinanda erunt.

CAPVT II.

De Cibis, & Potu.

QVis mente captus eſt ille, haud quaquam affirmans, cibum potumue vitæ cariores eſſe conſeruatores, & paulò minus, ac aer illi beneficium præſtare, certè videre mihi vedeor quidem, cæterorum præſtantiſſimos eſſe. Veruntamen quod me piget eſt, quantò mirificè dilectiores fuiſſe, tanto perfidi ſauciatores, inconcinne vſurpati, ei ſe oſtenduut; & pro veritate ab omnibus habetur, tot noſtrorum ſuppliciorum fontem impudentiſſimam gulæ libidinem fuiſſe, & ſic verum iugiter erit, generi humano maiorem inimicum gulam eſſe gladio: poſt quā timide ei occurrit, attamen audacter, ſub eſca concinnæ voluptatis eam ſequi videatur.

Me-

Digitized by Google

Medicinæ autem anteſignani cum abdomen viderint morbiferam eſſe cloacam; vt hominibus florida ſit ſalus, ſic alimentorum vſum ſcripſerunt. Homo vnus non eſt, varia percurrit tempora, diuerſas habitat oras, non vna eſt illi exercitatio igitur ergo diuerſimodè alimonium; capiendum erit: quia ſi homo vnus eſſet; vtique minimè doloret, & prolificaret, ideoq; contraria plura in ſe coadunat, & ad quem vberius vergit, illi contraria exercere cibaria debet. At expreſſe ſummi Medicinæ moderatoris regulæ declarant, calidis nempè naturis quies, aquæ potus, refrigeratio, & humectandi vim ratio victus poſſidens. Temporis autem gratia ab ipſomet moderatore, à Virgiliarum occaſu, ad hyemale Solſtitium, hoc eſt à XII. Nouembris ad Decembris finem, hi quidem dies pituitam augent, tunc balnea, exercitia, ſudores veneris vſus, & victus exiccans exercenda iubet. Ab hyemali ſolſtitio ad vernale æquinoctium ſcilicet à prima Ianuarij vſq; ad XXV. Martijs, tunc

ian-

Digitized by Google

ſanguis ſua copia viget, deambulationibus, & ſuis qui ad victum pertinent delicijs ac venereis vtendum, ab his hinc diebus, vſque ad 20. Iunij bilis feruior exuberantiam obtinet, dulcibus, & aquoſis vtendum, ducendæ alui cura agenda, & à laboribus præſertim venereis abſtinendum, ab iunio vſq; &c. redolenti vino &c. Regionis vero gratia, montes habitantibus, & calidos locos, diuerſo, ac in loco caliginoſo & humido.

Exercitia cognoſcere non erit delinquendum nempè ruſticis pluſquã vrbanis, cocis, ferraris fabris, & igni iugiter ſtãtibus humidiorem valdè præſtandum fore cibum. His non obſtantibus, noui venerunt reformatores, rigorosè ita dicentes, hominem totum morbum eſſe, ideo illi opus erit accuratè ac ſtudiosè alimoniam ſumere, pręterquamquod vitia permulta cibarijs ineſſe cunctis; & dicunt lactucam, cicoreum portulacam, haud capere, omnia pectori inimica, braſſicam fabas cinaras legumina tubera, principibus grata,

bole-

boletos, praua eorum qualitate triſtem augendi humorem ac flatus vim obtinere, ergo omnia fugienda. Ceraſa, mora fraga pruna pepones ficus corruptione obnoxia cuncta eſſe ac eiuſq, frnctus capiti, & ventriculo dannoſa facilè dum corrumpuntur vaporeſq; capiti ferunt, & corpori toti grauitatem. Carnes ſylueſtres ſcilicet aprinæ leporinæ, &c. omnes peſſimæ deſtruentes natiuum calorem, nimios ob atros ſuccos, Caro bubulina ſuilla ouina derelinquenda quia laborem corpori ducerent, ſangunemq; fæculentum faciunt piſces nocui omnes.

Oleum aromata, ſalſa, & acida peiora, cum conuenientiam calido innato non poſſideant.

Vinum, quot ſtillas habens tot difficultates poſſidet hoc tantum vobis ſufficiens erit exemplum. Sit homo calida natura, caput tenens debile dicatis mihi amabo, potus illi præbendus quomodo erit; Vinum vinoſum forſis, hæreſis eſſet peior cum illi agnata fumoſitas totum calafaciet

cor-

corpus , humoreſq; aduret , quippè quia aliud non datur magnopere calefaciens , quam vinum falernum. Aquam igitur anteponendam , peior peiore , aqua talibus bileſcit.

Reſtat ergo aquam cum vino , hoc tribuere venenum eſt ; quandoquidem aqua illi poſita , valdè; quippè id attenuat , attenuatumq; validius capiti obnoxios multos mandans vapores.

Eia quæſo miſerabili viro iſti pro potu nil appoſite erit.

Vt vobis porrò aſſerti huius veritatem dicamus , ſic nobis videtur , prædicationis gratia ſingula hæc bonitatem obtinere , in executione poſita veritate quippè ſpoliata Videntur; & ad tutelam , non pauca experimenta , ac rationes adducemus.

Primo iſti obedientes viri , vel robuſta fruuntur valetudine , vel non , ſi ea gaudent, & ſuccum enchymũ perenniter vſurpant, licet totus in optimũ faceſſat ſanguinem, tutus tamen minimè eſt, ſed maximè lu-

lubricus, & pericoloſus quia accedentes ad athaleticum ſtatum, in illo perdurare nequeuntes, neceſſe erit ire deterius, vel illam haud poſſidens, & tunc natiuus debilis cum ſit calor, certa quidem tolerare, non poterat cibaria illa multa ſubſtantia prædicta imò quanto magis nutriuntur, ipſi, tanto magis infirmiores euadunt vnde cruditates, obſtructiones permultæ, Matres omnes cunctorum morborum.

Secundo docet nos experientia huiuſmodi regulæ obſeruatores, iugiter debiles afflictoſq; aſpicere modo ab incurabili arthidi dolore, modò hippocondriorum, paſſione, pertinaci deſtillatione, & ab aſſiduis calculorum vexationibus, ſecus verò multa capientes ac varia.

At etiam oneroſi huius præcepti ſubditi ſi plus iuſto interdum alimoniam capeſſerent, vel aliquod nouum, & accidentaliter paruulus quidam naſceretur dolor, protinus iſtius originem mali, vberius cænam factam fuiſſe: quampiam potius à corruptis immaginationibus, quam à veri-

veritate rei procedere ; & ſic commiſſi erroris mœror nouum generabit morbum.

Quis negare audet, edere cum hilaritate, virtutem gignendi robur idq; conſeruandi continere.

Ne noſtra vobis autem licentioſa ſermocinatio audaciam præſtaret ancipiter ſuſcipiendi edulia, ſic vtilitate imbutam manifeſtamus iucundam & noſtram normam.

Summoperè laudamus hominem edulia vſurpantem, aſſiduè regionibus, temporibus, ac ætati obtutus habentem. Neque verò deinde vna cibi potuſq; qualitas verum etiam, & præſtantius quod erit illorumq; optima quantitas, at exuberantia naturæ grauis infenſaq; eſt ; tum quia receptacula tota replet, tum quia robur opprimens. Itaq; Iſta naturalis cum non eſt, & licet ſit cruditatum cumulum facit : vnde corporis plenitudo onuſta, & ingeſtio ſuccorum atq; veri infirmitatum fontes. Igitur apertè atque certè reſtat, erumnarum tot calamitatumq; noſtræ excutien-

cutientium vitæ, cibariorum vbertatem, cauſam eſſe, & tanto magis, quanto optimorum eſſe ſuccorum, hoc vero nobis manifeſtato; ſcire itaq; debeatis, ſi prandium vberius factum fuerit, cæna autẽ vel nulla, vel ſatis pauca, quia tota noſtra aſſerta in abſtinentia conſiſtunt; minimè enim de hoc, & non de illo.

Aer interdum coctioni nunquam ſui ob vitium fauens; Eia cum parcitatè dumtaxat corrigendus erit. Denique vt magis rutila hæc vobis noſtra videantur, hoc vtamini exemplo.

Voluerunt Theriacæ egregij compoſitores, antequam admirabilem, vtiq; magicam veniret craſim ipſa, quidditatiuè hæc opportuna, nimirum integrantiũ partium, contrariæ cũ videantur, legitima ordinatio; & tẽpore mediãte, ac induſtria genuina fermentatio, hoc eſt perfecta concoctio. Ceù ad animalium nutricationem, cibaria igitur varia eſſe anteponenda, vt induſtrioſe eorum ſit caterua: Deindè verò iudicij beneficio prætereunda haud erit inſtructa

fermentatio,& ſic protinus ſenſibilis videtur nutritionis vtilitas, vbi triũphabit vita.

Ne ſuper vacanea atq; remota, hæc vobis videatur de cibis, noſtrum ad inſtitutum ſermocinatio; audiatis iam quæſo incepti modò concludentia.

Simplices præter illos, quos exuberrantia, ac ciborum prauitas morbos ducunt, de alijs poſſibilibus locuturi erimus; Certè nam cibis tanta illis poteſtas in eſt, haud dumtaxat corpora mutare tentat, quoque animi conſpurcat atq; alterat mores: vnde continua aquarum herbarumque craſſities, obtuſos, aqueos tardos timidoſque gignit homines; ſed tamen patronis obedientes, nam vbi ſub regibus viuitur, ibi timidos neceſſe eſt eſſe homines, ſecus ac vbi dominiũ habebit ſiccitas; poſtquam ibi alatiles ſunt aquæ, ſtirpes diu receciſæ viuunt,vina atque ſemina ſtipticis validioribuſq;dotata ſunt virtutibus:quidditatiuè homines ergo fortiores, ingenijs alacriores, ſpeculationibus acuti, audaciores, neruoſi longeui viuentes, & parum

Re-

Reges timentes fuiſſent . Imò docet, & nos experientia qualia ſumunt alimonia talia fuiſſe viuentia; quamobrem illa quæ ſummatim venena comedebat, temporis viciſſitudinibus, viperinum acquiſiuit vultum, ac animum . Eia demum quis non capiet, aut non videbit, temporis tum quando cuncta terræ ægræ agnata, prauis fuliginibus ipſius turgida ab animantibus congeſta illis, quæ poſſident tribuere, & hæc ſatis de cibis ſedulo.

CAPVT III.

De Aere.

AEris rimari naturã, tam arduè philoſophantibus venit, vt haud quaquam eius tota ac legitima aſſecuti fuerunt munia: quamobrem varia, & obſtruſa nec minus oportuniſſima orbi toti cum ſint. Idcircò & nos de illis dum perlocuturi erimus, quæ medico modo viuentibus hu-

Digitized by Google

manis inſeruient. Phyſicè nimirum eius indagare eſſentiam, manifeſtare vim ac ſuam viuentibus cunctis præſtantiam, huiuſmodi bonitatem, ac malitiam vnde ortum habent; & cur àbitu facto de vna ad aliam oram, confeſtim animantia in ancipites ac malignos incidere morbos, & poſtremo habita illius malitia quomodo corrigenda erit.

Experimento ac ratione deciſum à ſapientium turba venit, aeris interuentu ſuperiora inferioribus communicare virtutes, & per conſequens vtramq; participare dotem. Igitur aſſerimus aerem ſpatioſum eſſe animal, pro forma ſuperiorum tenens dotes, materiæ autem loco cætera ſublunaria continet. Noſtræ huic ſententiæ hæbræorum fauent Doctores, nequaquam numerantes inter Elementa eum ſed tantum medium, & glutinum ad òmnia.

Quis forſitan negabit aeris præſtantiam, tum vitam cunctis præbentem, tum eius beneficio conſeruatem illam, & ſicuti ille erit, ita & ſingula facit, penetrans,

ac

Digitized by Google

ac permeabilis cum ſit viſcera per cuncta; & quo vberius ac violentius itro ſubit, eo efficaciter illa immutat. Si ſerenus, tenuis, purus, luminoſus, ventilatus erit, ſpiritus colluſtrabit, ſanguinem recreabit ſuauiorem, & hilare faciet cor, mentem ſerenabit, & corpus totum floridum reddet; & ſic ruſtici robuſti neruoſi fortiores, vitæ longæui audaces, ad quaslibet diſpoſiti profeſſiones, capaces dociles, bellicoſi, agiles cuicunq; labori.

Vrbani autem, & litterati ingenio alacres facundiſſimi oratores, reſponſionibus prompti ſagaces, denique tum animi tum corporis viuaciores ſunt virtutes.

Craſſus fæculentus, & caliginoſus, & alia infectione obſitus, ſpiritus obſcurat, ſanguinem conſpurcat cordi triſtitiam dat, mentem obumbratam, ac impotentem facit, & ſic corpus infirmum, ſuperuacaneis abundans humoribus, qui vim degrauandi viſcera habent, articulos labefactandi: vnde pigrit.a, impotentia, corrupti appetitus, timiditas imaginationis alte-

Digitized by Google

tio, ac diſturbatio, ſcaturantes ſæpius fraudolentis, ac dolosis gentibus, blanditijs alios decipientibus. Denique tum animi tum corporis infirmæ, ac perturbatæ aſpiciuntur operationes.

Obuiam facit nobis huiuſmodi bonitatis, ac malitiæ perſcrutatio, vnde nam præſertim principiũ capeſſit ſuum. Paulò ſuperius aerẽ animal materia, & forma cõſtans diximus eſſe. Igitur laboriosè haud dicere erit ſuis à conſtituentibus, tanquã duobus è torrentibus probitatis ſuæ, ac defectus licores deriuare ſuperfluè eſſe reſtat probatum cælum ſuis cum locatis aeris eſſe animum: iugiter mutabile cum ſit, licet eumdem ſemper ſeruet tenorem, certè quidem varij videantur obtutus locatorum, quapropter diuerſas illi affigunt impreſſiones: vnde tempeſtatum varietas, & aeris mutationes, formæ virtute. Conueniens nobis erit, vnde materiæ differentias; ſumant principia. Nifallimur, ſic aſſerimus.

In Sacris habetur Summus Pater, tem-

pore

pore' antico vltionem exercebat horrenda mortalium contra peccata; & vt pœna illis fuiſſet, ac ablutio, illicò aquarum miſit diluuium. Dicto huic inquimus etnos. Cur igneum non fuerat, quamquod ignis officium eſt, ritè maculata purificare. Certè quidem credimus, vt perreniter nobis, & venturis talium flagellorum ſit participatio. Quippè quia aquarum proprium eſt diu in loco manentiū valdè eum madefacere, madefaciendo illius extrahere virtutes, vnde herbarum uirtutum amiſſio, extrahendo corrumpere, cum humiditas corruptionis ſit mater, qua de corruptione uaria toti terræ uitia impreſſa fuere: Ceù tamen cælum conſpiratum illo tempore erat; ita concentum per orbem diffudit. At ex hoc ortum habuerunt ſtagna lacunæ, ſpecus, ualles, & noui montes, unde materiæ aeris profecta eſt prauitas.

Quinimo melius dicimus, experientia, ac ratione concurrente, centrum mundi terra multis, ac diuerſis mineralibus prædita cum ſit, ſulfureo præſertim, ac nitroſo

humore; & partim ob ſuperiorum corporum agitationem, partimuè per eorum intrinſecam labem, multi uberius arſenicales, lethaleſq; eleuantur uapores; hinc talibus aer obſitus euadens; & quia uiolentius intrà ſubit, celerius tamen animantium uiſcera contaminat: Corpora autem malignam talem minime alterationem ſufferre poterant, confeſtim, in deleterios incidere uidentur morbos. Verumtamen peiores tanto tranſitus ſunt, ac periculoſiores, quanto diuerſitatem inter ſe tenent oræ. Et eſt hæc genuina cauſa, cur ærumnoſa itinera ſint Neapoli Romam uerſus, & Roma, ac Neapoli, Apuliam Magnam quia eſſe inter territoria hæc mineralium diſcrepantiā conſtat. Cur à medietate menſis Iulij uſq; ad Decembris totum menſem quaſi calamitoſa eſſet iſta mutatio. Videtur quippè quia tali tempeſtate, ob ingentiſſimos Solis radios perpendiculariter in terram influentes, magnoperè ejuſque uiſcera penetrantes, acriter mineralium uenenatos concretoſq; liquores excita-

citatos fuiſſe illorũue alacritate eos lique-factos, ac attenuatos, & deniq; in uapores eos reſolutos, & ad eos allectos, & ſic aerem terræ proximum, illis imbibitum, celerius interna permeare, haud ſecus, ac laqueus faucibus ceruiq; iniectus, malignitate ſua illas ſtrangulare aſpiciatur. Tranſeunte temporis en im uiciſſitudine, mutatoque illius Planetæ ſyſtemate, debeliores eius euaſerunt influxus, & quanto confeſtim proficiſcentur aquæ, & aquilonares flatus, tanto diluculò tutam peregrinatio eſt.

Neſcio in quam quis noſtras uellet aures, garrulè & aſſerens, perſpicacem, ac ſatis ingenioſam hanc erga aeris uices fuiſſe cauſarum produtionem; ſed faceſſit operæ pretium difficultas quędam, qua de lege quempiam, Romæ vix menia extra, vna ſaltem nocte moraturum, ocyosè mortifera correptum fore febre. Quomodo profectò ita ſe habuit res: poſtquam multum minimam terrenorum intereſſe diſſimilitudinem.

Ne

Ne obumbrata obtrectatorum reſtaret mens, protinus rationis atq; experientiæ radijs diſſipabimus nebulas, illiuſque vmbras.

Etſi Romæ terrena ſylua vniformis ſit: nihilominus habitantium reſpectu, valdè longè diſcrepantiam vſſurpat: quapropter in Vrbe continuos ob Campanarum ſonitus, iugiter multos caminorum igniculos, & aſſidua gentium commercia, vlla facto dubio vehementer lęuigatus videtur, tenuis per conſequens, ac purificatus: ſecus ac rurum, imo illorum adeſſe ſolent putridæ lacunæ, fætide ſpeluncæ, perfidæ prauæq; aquæ quibus pollutus aer, nunquam talibus ablutus, celerius morborum erit autor. Præterquamquod pacatum interrogantis illius credidimus fuiſſe animum; illico promptus, & alter denuò auidè ſuſſurans, ita nobis dicens? dicite mihi amabo ſcrutatores, quia nouæ veſtræ ambientis circa ſpeculationes, difficilem in rem me gerunt, quo nimirum iure, Sol cum perenniter, ac eo ipſomet modo æquora

Zo-

Zodiaci percurrere videtur, & matrem noſtram terram iugiter conſtantiſſimam, atq; vllo motus ſigno ſui viri concubitum aſpectantem ſe monſtrare, & tot inquam temporis varietates, tempeſtatumq; diuerſæ mutationes gignuntur, annus nempè modò fertilis, nunc putredine obnoxius, quandoque hominibus proſper, pecudibuſq; ferinus, interdùm auibus, aliquandoque terreſtribus, rurſus vnicuique regioni benignus, alias crudelem ſe oſtendit, at etiam vt plurimum citra inæqualitatis ſuſpicionem, tot effrenatos indomitoſque graſſari morbos, per veſtram inquam fidem cunctarum mutationum cauſas genuinas per ſcire cupio.

Certū enim certo, vt tibi & ſingulis petitionum talium ſit ſatisfatio, libenter ad reſponſum parati ſimus: Cæli metatores Aſtrologorum titulo inflati more ſolito, bona ſiue mala, diuerſis ab aſtrorum poſitionibus ortum ducere prædicant, vim poſſidentia illa, hæc inferiora gubernandi, præſertimuè tempeſtatum in viciſſitudines:

du-

duplici quippè via eorum miniſtrant munia manifeſtis inquam qualitatibus, ac occultis. At primo Mundi cor aſsiduè quanquam corpori toti rutilos ſuos diffundat, eodemet typo radios: vitio nihilominus principalis alicuius membri, planetarũ, ſcilicet augentur diminuũtur, ac deprauantur; vnde corporis, totius reipublicæ, infirmitates cunctæ, & ſpectacula varia. Rurſus iſti deprauati influxus modo tali ob aſpectuum inimicitiam infici ſolent quod ſummè malignè ſe inferioribus præſtant, & ex hoc quælibet deleteriorum morborum germinabitur ſpecies: & quot ſyderum proficiſcuntur venenatæ coniunctiones, tot erumnæ in eorum famulatu manentibus occurrunt.

Cui ſententiæ non perpauci docti medicinæ aſtipulati ſunt viri, aſſerentes effrenatos tam indomitoſque morbos fuiſſe, quocumque diligentiori poſito artificio, ac frugabili induſtria, horum pro expulſione; haud quaquam germana inuenta methodus fuiſſet: nulla igitur intercape-

dine

dine ad abſconditorum ſuperiorum mutationum ſubterfugium iuere.

Cunctis tibique iſta etſi ſummè ſanè Aſtrologorum pomposa videatur ſermocinatio faceſsit operæ pretium nobis negotium, multò parum ei præſtare fidem, præterquamquod veritati contradicit, at quoque nugis prædita ſapientium è cateruа reputatur. Valdè imo miramur, animi tot compotes magiſtros, auidè tam eam ſequi; porrò cum vehemens abſurdum fore, inferioris reipublicæ gubernatores errorum expertes, amici dilectiſsimi cum illi ſint, tot ſupplicia, ac calamitates deinde diſtribuentes. Credimus eſſe certò autẽ, vt ſupra determinauimus, & omnibus à ſapientibus certificatum fuit, quemadmodum Saturnum eius clientulis ſuas communicare vires, ſublimem nempè contemplationem, profundam intelligentiam, iudicij grauitatem, firmam ſpeculationem, & immobilitatem deliberationis aiunt. Interdum enim ſuſcipientium ob labem contraria euaſere, anxietatem nimirum, mole-

moleſtiam, triſtitiam, deilramenta, deſperationem, execrationes, & demoniacas imagines. Pari iudicamus modò iſtos ſe habere gubernatores ad Elementa, præcisè ad terram. Igitur ergo tot defectus calamitates, & miſeriæ, principium è terræ viſceribus habuere. Hæc vt vobis planius, ac apertius noſtra ſit narratio, ſic protinus ad opus.

Spargere per Vniuerſitatem nunquam Cælum globo huic terreno alterationem præbere, certè vanum erit; attamen nos, affligens eſt, quo reſpectu, errorum expers cum ipſum ſit continuòque benignum, detrimenta, quibus caret, communicare nobis poſsit. Vt de hoc cæterorum, & noſtri diximus, ſit animi pacatio, intrepidè totum clarificabimus.

Longo acto certamine de præſtantia à viro atque fœmina genituram erga; concluſum iam fuit à naturæ ſecretarijs, perſpicuiſque Medicinæ proffeſoribus viro valdè ſuperiorem fuiſſe fœninam. Expreſsè cum manifeſtauit hoc continua exprimento-

Digitized by Google

torum multitudo, quam repetituri erimus, at etiam potenti ratione certificabimus. Primum compertum nobis quod eſt, quædam braſſicarum ſulco ſata ſemina, vteri ob aliquam paſſionem breui temporis curriculo vrticarum ortũ virguletum fuiſſe. Secundo quis niſi ſtultus negabit caprino oues nutritæ lacte, ruuidiorem portare lanam præcipitoſaſque percurrere rupes. Tertio perſica poma quæ hic ſuauiorem ad ciborum deſeruient vſum, Perſiæ vero venena pullulant: Robuſti quidam viri morbificis coeuntes, cum mulieribus vitioſas verò proles, ac tabo obſitas producunt. Satis quidem credimus hæc ducta experimenta noſtram ad probandam fuiſſe dottrinam; quod præſtantius erit ratione nunc fortificabimus. Quiquis accuratam autem ſe putat habere cognitionem. Inconueniens forſis illi negare hoc erit, tales retinere vires animal, quales exordiorum conſtitutio, ac longa alimentorum conſuetudo illi communicarunt, & demum ad eorum ſimilem naturam. Sed enim quiſquam

quam fœmina magis præſtabit partes, præterquamquod ſemen, & ſanguinem, conceptionis hora, lac imo multo temporis ſpatio eius pro nutricatione, & tanto potentius ſuas illis inſculpſit proprietates, quanto mollior erat. Itaque planè arguitur nequaquam eſſe, niſi fœminam genituræ præſtantiſſimam. Minimè obſtantibus viri viribus; tum, quia validior aliqua de re oſtendit ſe pugnantium ille, quanto continuò ſecum eam portat. His perſpicuè demum habitis, vt ad vlteriora proſequamur: ita nos parabimus.

Pereant vituperosè illi, haud terram dicentes cunctorum eſſe matrem fœcunditatum omnium ſubiectum, inſitumue receptiuum coeundi cum cælo ſuo marito habere appetibilem motum, & tot illas obtinere dotes, imò plures, quas continet prægnans mulier. Cum verumtamen fœminis à natura conceſſum ſit ſingulis menſibus inſitæ earum labis vterinos per canales prauum exercere vacamentum: quo retento tot infirmitatum pullularent

virgul-

virgulta. Non ſecus ac ſe moſtrat terra, quotieſcumque minimè fungitur munere ſuo ritè menſtruales foras excretiones expellere, tum per cæco nobis ductus, tum per nebulas, conuenienteſq; alitus, præuijs antris ſpecubuſq; ipſius ſentinæ, ac cloacæ. Interroganti nam, vnde autem iſtæ terræ paſſiones naſcuntur. Libenter in quam reſpondentes illi ſatis faciemus; præterquamquod ſupra determinatum fuit, dilluuii aquæ, tunc terræ vitioſam infiltrarunt maculam. Tum quoque interdum ſolet ſpiritus quē intus habet, ita augeri, ac deprauare latices, coctioneſq; minime perficere, vt naturali iure talibus infirmitatibus ſoleat laborare terra; qua infirma manente, haud poſsidebit vim cæleſtiale congrue prolificandi, ac fouendi ſperma: Nam & ſi vitiorum, errorumq; id experſſit: mendosè tamen contaminatur atq; turpè ab illa deuaſtatur. Præterea cum tale in ſe continet terra dominium, omnium centrum verum cum ſit, tum Cæli ſemem ſuſcipere, tum quoq; proles ex ſuis parere

C viſce-

viſceribus, nutrire ac conſeruare, & ad ſuam denique conuertere naturam non immerito eia illi potius quam alijs.

Quamuis ardentiori amore Cælum virile animal cunctis ſuis cum titillantibus partibus, præſertimuè potentioribus, ſcilicet errantibus, ocyus ſua cum vxore cubeat, vt inferior vniuerſitatis pars ſuorum gaudeat habitantiũ perenni germinatione: permitit fatalitas tamẽ ſuſcipiẽtis peruerſa ſtante natura, totum id præſtantius, ac nobilius munus, ipſiuſmet terræ indiſpoſitione, nulla facta mora corrumpere, ac vitiare; minimè quidẽ viri aptitudine obſtante, nec minus harmonico partium concurſu: dum quia Sol chariſsima cæli pars ſcilicet cor, robore ſuo viuificum geniture præſtitit calorem. Luna autem humiditate, ac craſsite, cerebri occupans locum; illi verumtamen dealbatam donauit materiam, vt miſtio temperata ſit. Iuppiter ſua cum dulcedine, ſanguinis eſt officina, non immeritò ipſi prodeſſe videtur. Saturnus laticum purificator, vt lien floridus eam

con-

conſeruauit. Mars fellis autor per renes currens, pruritum tribuit, libentius vt exeat. Venus inclito amore in teſtibus habitatrix, concoctam, & prolificam eam gignit. Mercurius poſtremò ſua cum alacritate, atque legationum officio, motus tum cordis à deſiderio, tum Lunæ imaginatione, mentulæ exercens munus, celerius in terræ vterum totius corporis cæli ſerendi vitale ſperma viſus fuit. Verumtamen conpertum cum fuerit nobis, præterquam quod ritè ſemen hoc, cælum pater aſſiduè tali aprimè artificio ſpargat: quolibet tamē anno, id haud eſſe videamur; quippè quia interdum cognoſcimus & illud paucam, habere dulcedinem, ſed dumtaxat acutam ſtypticamque, quo ad odores, haud ſecus eſſe videmur; igitur & virtutes. Idcircò conati ſimus cor hoc anno eſſe Patronum, & plus ſolito dominari; per conſequens erroneum nunquam erit confiteri producibilia, hac tempeſtate ſolaribus dotibus magis prædita fore. Vnde in mineralibus generatio amplius pompoſa mercatoribus

Digitized by Google

aſpicienda erit, ac ipſis vehemens lucrum, quandoquidem metalla tota ſummè rutila excrementorumque erunt expertia, quia aurum horum anima, abundans, & mouetur.

In plantis autem ita florida & vegeta, quod ſummo gaudio ridere prata mirantur, tot virtutibus odoribuſque turgida cum ſint. Animalia, tam ditura, quam ædita, ſingulari lætitia, robuſta, & alacriora triumphabunt, eorum cum vita dominatrix ſteterit. Tempeſtates mirificè ſalubres, ac ſuaues; poſtquam ſummus Medicus vigilanter illas conſeruabit. Ambulloſa, nitidaque percurrent flumina tota ac fontes, iugiter eorum adiacens purificator cum ſit.

Rationalia corpora inexplicabili iubilo, tot caritate, ingenij perſpicuitate, iuſtitiaq; pleniora vidētur, quoniam quippè horum autorem hoc anno exultatum fuiſſe. Certum enim certo deplorabile, quod erit, quantò ſua virtute, ac maeſtate ſtellarum Dux terram per infuſit vniuerſam dotes;

tem-

Digitized by Google

tempus nunc eſt, vitioſa ea manente totum corrumpere ouile: quemadmodum verò præſtantius colluſtrauit mineralia cætera, viuentibus, vt fuiſſet vtilitas, ac ſatisfactio; nunc tali modo venena ab illis diſtillat celerius ea necantia.

Ingentis autem ſtirpiũ riſus illicò ab animantium occupatus luctu fuit, talibus enim paſti cum fuerint confeſtim luem illis inſitam ſuſcipierunt, vnde peſtilentialiter lacrymantes obierunt. Animalia quidem robore gaudentia: quamobrem vitarum ſuarum largislator ijs amabilis erat, nunc vt hoſtis ferox illorum tollit vires aliaſq; occidit. Tempeſtates, quæ placidæ fruebantur temperatura; nunc inæqualibus, prauiſque alterationibus corruptæ iam ſunt: poſtquam prius vt morborum expulſor, vnde Homerus Vlium eum vocauit, & Athenienſes Aleſicacon, modo verò, vt crudele venenum infirmitatum, ac peſtis eſſe datorem: non immerito igitur ſi à priſcis pro tali reputatus fuit. Rutila flumina illa, in tot Phlegetontem cocitum ſtygem,

Digitized by Google

gem, & Acherontem mutata quippiam, fuere. Editis edituriſque rationalibus tali temporis ſpatio phæbæas ſuas conceſſit dores,&hæc eſt hòra, eas tranſire, in ſuperbias inexplebiles ambitiones in temerarios appetitus, vnde lites, & bella gentium proteruè geſta,& ſic decęteris, hoc vno mediante exemplo, planetis diſcurrendum. Itaque reſtat qualitas nocens in iſtis inferioribus longe aliena ob cęleſtium influxus ceù lippienteis calamitas luci.

Verum dumtaxat terræ ægritudines, quibus per paſſa ipſa venire ſolet, tot filijs communicare ſuis videtur, non tantum per lac, quod ſuis ex vberibus trahũt, quoq; etiã per locum, donec illorum erit habitatio. Tot infirmitatum igitur varietas, tum ab illarum quibus laborat diuerſitate, tum à ſuarum partium diſſimilitudine; partim, ab aquis habita dilluuij, partimue ſui ob corporis diſcrepantiam. Et quibus affecta venit iſti ſunt morbi, aut quãtitate peccantes, aut qualitate excedentes, minimè totam per ſubſtantiam.

Cru-

Digitized by Google

Crudorum etenim ſuccorum copia, viſcerũ propter diſſimilitudinem varias ducit calamitates: in Apulia locuſtas, interdum pulicum magnam copiam, muſcas infinitas, tarantulas malignas, atque ſtræpitoſas ranas putridas, quia potentior caliliditas eſt. In alijs multas inutiles plantas, ſatiua conculcantes ſemena. In aliquibus varia bituminum genera, & alias mineralium ſuperfluitates. In cæteris demum, flatus, inundationes, modo ſalſæ, modo acres: vnde animantia ſuperfluitatibus ſcatentia. At vero autem illi qualitatum aſſociata intemperies; illico putredo reſultabit, febrium mater, & ſic febricitans percipietur; quapropter vnctuoſis calor ille ſubiectatus, ac ſulfureis in plagis, intentiorem eum euadere quis dubitabit. Si forſitan per emunctoria habebitur criſis, celerius exonerata ſentiretur, & eius filij ſalubres ederent operationes ſpecialiterq; aer; ſicut in Veſuuio, Ethna, lipari, Enocauma, Chimæra, puteolis, & alijs inflammigeris locis: porrò cum talia ob vacua-

menta apprimè videbitur aer, plantæ, & animalia florida vegeta, & ſalubria: Vbi autem talis minimè fuerit criſis; certò certius calor ille mordax mineralia liquens, malignos arſericaleſq; excitabit vapores, conturbantes, ſtirpes marceſcentes, animalia labefactantes, & aerem inquinantes.

Et quantò potentiores, ac durabiles terræ paſſiones fuerint iſtæ, tantò perenniter, noſtrarum miſeriarum perſiſtent cauſæ: Vnde communes infirmitates; ſi intentiores, & multæ ſubtiliores eleuarentur maligni illi vapores, non tantum edulia inficientes, ſed aeris partes ſubtiliores quoque perfidæ peſtis certiores erunt origines. Si autem citra necis periculum, ſed enim indiſpoſitiones temperaturæ ſolũ erũt, ſymplices vocarentur infirmitates. Locum occupantes medium, malignorũ eſſent fontes, licet non ſine mortis timore; medicorum tamen accurata induſtria ad iudicium peruenire poterunt.

Quando iſtæ terræ perſiſterent paſſiones, & ſecundum animantium diſpoſitiones

na-

naſcerentur faſtidia, ea ſporadica nominabuntur. Interdum quando quibuslibet temporis tranſactis viciſſitudinibus pacati agnoſcuntur, tunc epidemiorum vſurpant nomen. Quando inquam, qualibet anni tempeſtate exacerbantur continuò, aliquibus ſolum terræ in plagis: tunc endemici perpetui, & communes. Demum tamen quotiens aliquo in oppido, vel eius comarca craſſus perpetuò aer erit, malaque aqua: certò enim verò patritij dicentur morbi illi, vt Romæ deſtillationes, obſtructiones pertinaces, lapillorum iacturæ iugiter durantes, Piſis lienis tumor, ac durities. In Portulaboris vulgo Portulabrone, nemo eſt qui regio non laborat morbo: talibus.n.in locis proximas ob lacunas, cænoſa, per ſtagna, ſpeluncas fœtidiſſimas, ſpecus, ac cauernas, nata vti diximus dilluuij tempore; libentius, & quanquam paucis à terræ indiſpoſitionibus; prauis animalia corripiuntur .n.morbis, & aſſiduis vexationibus, & hæc ſatis de aere potentiſſima, ac immediata malorum cauſa.

Quo-

Quomodo animalibus præbet incommoda infra videbimus, & habita eius maliti, quoque infra corrigenda methodus erit.

CAPVT IV.

De Epidemiæ nmtura.

NVllus generi humano crudelior hoſtis, quam opinio, ignorantiæ filia, ſcientiæque inimica, quando venena parat tot, gladioſque atque ducit, quotiens germinabitur. Vnde ſi locum obtinebit apud iuris conſultos, tot litigantium pæcuniarum perditiones, iudicumq; doli, ac fraudes ad textus interpretandos. At in theologia autem, nõ per pauca ſerpentium capita ducet, hæreſis venena vomentia: vnde multarum animarum detrimenta. Si demum inter medicos triumphum capeſſit, vt ponderoſa ſecuris ocyus miſerabilium ægrorum capita obtruncare videtur.

Digitized by Google

tur. Certò igitur certiùs vni tantum logicæ, ſophyſtarum metropoli, errorum, ſeminario litigiorum ſepto, hæreſeos ſcaturigini, & ignorantiarum vtero, hæc tota tribuenda erunt, præterquamquod ad ad aliud non attendunt hodierni, logicaſtri licet Doctores; quam cæterorum confutare ſententias, omiſſis veritatis rimaſtionibus, tali ſic res habet nos in caſu, quoniam multos de vniuerſorum morborum natura, præſertiuè vulgo febris malignæ legimus doctrinas: toto tamen cælo mehercle vnam ab alia diſtare; haud dumtaxat denomine phyloſophycoq; diſcurſu, quantum porrò de pharmacorum vſurpatione, citra ægrotantium mortis timorē, & quod nos ſummoperè crucians eſt eumdemetMedicinę anteſignanū ſuis commoditatibus interprætāt, ac deuaſtant. Credimus porrò magnopere iſto gaudere accerrimo certamine opinionem. Breuiter inquam & nos minimè vt horū magiſtri verū dumtaxat vt publici auxiliatores, quanto, & noſtræ permittunt vires eā explanare.

A ſi-

A fine noſtri de aere diſcurſus, ſanè aperte concluſum fuit terram cauſarum communium eſſe ſcaturiginem, & tota ea producere detrimenta, quibus laborat. Tamen varios ob ſuſcipientium apparatus, locorumque varietates, aliæ longè alienæ à primis reſultant; non immeritò igitur ſi ad communium morborum modum indagandum, atque naturam, arduum tam eſſe. Idcircò aſſerere conabimur tantum & nos, quantum dantis gratia permittitur, deinde ſeparatim de alijs concurrentibus.

Cibo, potu, atque reſpiratione animantium ſubſtinetur vita, horum autrix terra eſt; iſtis præuijs infirma ea ſtante malum viuentibus communicat ſuum. Quod autem ſuis ſurgit ex viſceribus; *Præter naturalium athomorum tonitruoſa eſt exalatio.*

Quippè cum tonitrua interdum vrunt res, ſed minimè maculant, quandoq; maculant, & non vrunt, ſic autem dolia conſumant, vini abſq; læſione, & è contra, & alia naturæ portentoſa miracula. Cui reſpondent ipſius naturę interpretes licet

cet ex calida ſiccaue producta ſint exalatione: modo tamen plus craſſa, modo valdè tenuis, ac fumoſa videtur, idcircò illa à ſubtili geſta citò trãſeunt abſq; reſiſtentię difcultatibus, vnde vini conſũptio, citra dolij fracturã, à craſſa at prodeuntes atq; fumoſa, dolium combuſtũ videtur, & vini liquidum ſuper eſſe corpus; Interdum deniq; vtramq; ſcilicet mixtam compoſitionẽ participant, & ſic amborum confusè erit ęrumna.

Nihilo deficiẽte, pari tamen quoq; modo reſultans è terra ille præter naturalis vapor, ad producta, producendaue corpora ſehabet: quando porrò craſſus turbolentus ſit; aſſeuerate craſſa, frigidaque naturalia inficit corpora, cunctas nempè aquas, cæteraſq; ſtirpes, quibus à viuentibus ſumptis; illico ſecundum ſuſcipientium diſpoſitiones, tot laticũ naſcuntur vitia, coctionumq; prauitates, hæpaticis mediantibus facultatibus; quoniam prius, & ſæpius laceſſitæ, cum fuerint ſpiritualium citra incommoda, tranſacto prætera tempore corpus per totũ ſpandere ſe videtur. In-

ter-

terdum cũ ſubtili coſtans ſubiecto ipſemet, eum agnoſcatur , craſſa ſine macula tranſiens , & ad tenuiora perperam vitianda, inceſſanter tendens , & ſic imediatè inquinatus aer venit , labefactumq; animantium nobiliſſimum cordis viſcus:igitur tu ò medice eius pro fuga mirificè frugabilem vigilanterque accuratum ipſius ad inſpiciendam inuaſionem te preſtare oportet.quippe quia ægrotantium, vt deperdita ſalus ipſiſmet reſtituatur huiuſmodi inuaſionis cognitio valde,ac apprimè opportuna erit.Vt ad alia noſtrũ proſequamur diſcursũ,latius de hoc quando de cura locuturi erimus .

Prærterquamquod crucians vapor iſte, tam intentior ferociſſimuſq; plerumq; eſſe ſolet , vt noua mors nemini parcens , inæqualia æquans , & cuncta viuentia interimens ; Interdum autem non ita implacabilis redditur ; vnde ſecundum ab animalibus errores commiſſos mutatur : tametſi nequaquam tela videantur ſua , haud impotens nihilominus reputandus erit , itaq; & tu conſidera ſenſate artifex tuum ad munus

nus

nus: Præterea tempeſtate, in qua vagans iſte erit vapor, quislibet validam ſui ob temperaturam affectus ipſius nõ ſentietur; ob veneris autem imoderatè vſum, cupediarum ingurgitationẽ, quoſdamq; inordinatos, ac violẽtos motus, ardentiori poſtea correptus febri foret; accerſitus illi artifex, tũc haud dũtaxat Veneri, Cæreri, & Bacco quoque Veſtæ terræ Spiritui causã tribuet imò diligentiori ſpeculatione, quamuis ab illis actionum læſio videatur: Veſtæ alitus tunc quia parauit vias, quotiens talis ſuſpicio fuerit quod Diuini ab alijs.

Obtutus erga loci prȩſtantiã habere; non pauci momenti eſt; quidem quoniã, qualibet in corruptione aſſerit ſapiẽtium turma, peculiari potentia concurrere locum. Itaq; quãuis infenſus omnibus ſit vapor iſte, augetur, ac diminuitur eius prauitas verò, regionis beneficio. Roborando inquam hoc per multæ non defuerunt experientiæ, primo Afri lue laborãtes venerea in Numidiã, Nigriticã, & Aetiopiã traſeuntes; cȩli verò gratia ab illa liberati fuerunt, & nati in Egypto

gypto otto menſe, plurimũ aeris fauore vitam ducunt. Quis autem erit haud nobis dicet, vniuerſam cuiuſdã morbi contagioſi ærumnam, breuiorem ſe habere ventilato, ac luminoſo in aere, quam in turbulento atq; craſſiore.

Demum quotidiana docet, & nos experientia, quibuſdam Italiæ in locis vitioſas propter aquas, fraudulentumq; ſitum, antris ſpecubuſq; præditum, quamuis cæteri ſaluberrimæ cuiuſdam fruantur tempeſtatis delicijs; perenniter inquam flegetontis atque cocythi vexationes miſerabiles habitatores illi ſentiunt.

O' vos igitur qui ingenioſè per cultas noſtras tranſitis vias attendite, & conſiderate communium morborum præſertiuè febris vulgo malignæ typum, & naturam; præterea cum aliud non eſſe horum diſcriptionem; *Niſi enim è terræ infirmæ viſceribus tonitruoſam præternaturalium athomorum euaporationem, interdum mitem, & ſecundum ſuſcipientium diſpoſitiones, locique concurrentis mutabilem, nimirum plus, at*

mi-

minus lædentem, deinde tam furioſam ſe habere minimè dumtaxat, modò craſſos, citra tenuiores, ac ſecus humores deuaſtantem; ſed omnia crudeliter conquaſſautem.

Certum enim certo fas dicere erit, quotiens ferinus, & multus vapor erit iſte, longa, & intenſa loci peruerſitas, parata & diſpoſita ſuſcipientium aptitudo, & aliæ naturæ malignæ conditiones; confeſtim ſine fallacia ſtellionatam quadam oriri cladem, cuncta occidentem. Ceù quidem credimus gallicam luem ſuum habuiſſe principium: quoniam tali tempore annotarunt ſcriptores prauam fuiſſe inqualitate tempeſtatem, hiſpanorum induſtria aquas percunctas venenatas, ac lacunatas fuiſſe, panē autē ab italis piſtoribus quoq; pretio mendosè fabrefactus fuiſſe, tunc milites venereo inſatiabiles erāt, & appetitu, exercitus exuperantiſſi erant ſuſpicio demum erat nouo de Elefantico morbo ab indijs producto. Idcircò ſtellionata clades graſſari incepit, tot varia parens ſyntomata. Cum verò præſtantiùs occu-

pauit locum adulterata victus ratio, graſſataq; terræ craſſa, aquis lacunatis mediantibus exalatio fuit, & effrenata coeundi luxuria, lepræ, cum ſuſpectu; omnia quidem hæc vehementius, ac validius iecur mouentia; ideoq; tali inclade iecur primario infenſum viſum fuit.

Demuntamẽ autẽ cunctos remanet dicere iſtos morbos cõmunes, malignamuè ſpeciatim febrim, ab egræ terræ alitibus ortum quidem ducere, cibum, potum, aeremque inficientibus: certò enim ex his concluditur, augeri, diminueriue inquam, ac parumper variari loci, recipientiumq; præterea gratia, & ſic perpetim per conſequem perperam ab illis ipſos ſe habere. Huiuſmodi ſcitus non parum ad rem facit, vt longè aliena, vtilitatiſq; imbuta noua ſuſcipiatur medendi ad horum fugas regula. Prætereaquod toto cælo diuerſa ſtabilita ab alijs principia fuerunt, nunquam meram monſtrantia rei veritatem, maximo ſed cum ægrotantium periculo: quemadmodum indies hoc noſtrum dictum

ctum verificetur. Si de iſtis tam celeberrimis, ac ſtudioſis Magiſtris experientia, illa ita locuta fuit: de illis autem, qui vix duorum exercere ſpatio annorum Elicea, & tamen confeſtim eremiticam coluerunt barbam, lata & Apoſtolica ſibi accommodarunt calciamenta, & poſtea collo obſtipo, tardu greſſu, ſpiritu ignorantiæ inflanti, paruiloquij per vrbem euntes, imò alundi verò nos ſimus quondã, & ceter, talibus ſeruiamus nunc principibus, & vos inquam timete; & ſic tali fraudulenta induſtria pauperes impunè carnificent gentes. Si forſitan quilibet eos interrogare, audet, ægris, aut cæteris coram, parum vel nihil reſpondent illi, tacitè, ac captiosè adſtantibus nictitantes, multum iſtum, fuiſſe verboſum, copia verborum occidere querit ægros. Verum vero verius tamen ſummèq; ſcientijs nudi videtur; porrò cum de phyloſophia, vix biltri ſignificationem ſciunt, an ens rationis detur, vtrum propriam haberet materia prima, exiſtentiam, poſſibile ſi erit infinitum, &

per vltimum ſanguis, & pili ſi ſint animati.

Circa medicam artem porrò valdè pretioſè quedam tenent græca nomina mulierculis dicentes, & pro eius materia ſufficiũt illis ſyrupus roſatus ſolutiuus, & quædam ſepius decantata iura, vulgaribus paruulis cum ricepticulis. Igitur tu qui veritatem amicam habes conſidera iſtorum ruſticitatem, eademque conſiderata aptè, citò eas fuge, & nunquam ad illas reuertaris.

CAPVT V.

De Signis.

EVidenti inquam verò cauſarum habita cognitione, ac determinata morborum exentia, haud difficilis apud medendi miniſtros medicinæ methodus erit. Opiparè, ac appoſitè ſupradictarum concluſa notitia, vt ad methodum illo-

rum

Digitized by Google

rum deueniamus ; de ſignis prius futuram
monſtrantibus ruinam , vt à quonam fon-
te deriuari agnoſcantur opportunum age-
re porro erit .

Nobiſcum quidem aſſerere conatus ,
quis veritatis fautor erit, ab illis cuiuſdam
rei ſigna deſumenda fore , quæ ipſiuſmet
conſtitutioni ſpecificè eſſe præſtiterunt.
Supra enim deciſum fuit terram , aeris cibi
potuſq. auctricem , peculiarem locum eos
tenentem , & ſuſcipientium diſpoſitam na-
turam ; Verum tametſi analogè commu-
nium morborum fuiſſent cauſæ . Cuncta
igitur tot ab illis arguenda ſigna erunt .

Quis deinceps ſcrutatoris naturæ titu-
lum optat , haud ſepigrè moſtrare debet :
ſed frugabilis , vt nauta futuras maris
præuidens procellas, bona, ſiue mala præ-
dicere tenetur . Igitur tu ſcitu præditus ,
mundanæ ſcenæ conſeruator ſecundus , ta-
le ob nomen qua principalium dote
artium imbutum hoc anno , cæli ſperma
fuerit, mirificè contemplare teneris, etiam
verò eius vxoris ſuſceptionem , & geſta-

tionis tempore ſi validè ſe habuit, aliter ſymptomata ſingula obſerues, quatuor ſi nempè anni tempeſtates congrue minus fuiſſe, ſuos fluminas, fontes, puteoſq; cum turbulentia excidere limites, cunctas ſi inſipidas plantas fuiſſe, citiuſque auulſas conputruere, tot ex putri ſi edita varia animalia, ac piſces interdum ſi in profundum a quarum ire, vermes ſuis cauitatibus ad alia tranſire loca, diligenterque bituminum ſulfureoſq; odores, an præter ſolitum intenſiores fore. Certum enim certo omnibus his habitis, vel horum parte maiori, iſto tali tempore perperam, ab ægra terra eorum erit lac, imò ocyſſimè eorum ſubitanea mors: quamobrem iſtis pollutus deleterijs expirationibus aer, aſſeueratè ſupradictos prodiens effectus. Attamen huic fauent diſcurſui multa cometarum experimenta: ſpatio cum vnius anni talibus inceptis cladibus, apertè in cæli vijs præterea cognoſcentur; quoniam ſuarum ad formationẽ ſimile temporis requiratur ſpatium; non immeritò tandem

hoc

hoc ita ſe habuit, porrò cum maligni egræ alitus viciniores ante affligere ſolent; deinceps ſi perennis fuerit fomentatio ad ſuperiora tendent.

Ciuitatum ſiquidem perſpicere, ac conſiderare ſtructuras in vallibus montibuſque poſitas, quibus & à cæli cardinibus perſpectas fuiſſe; vt ſanos conſerues ò medicè infirmoſq; cures tibi magni momenti erit. Plerumq; conpertum fuit montanis in locis, multos effrenatos graſſari morbos, vllo læſionis ſigno valloſis habitantium, ac ſecus interdum. Igitur feruidè penſitandum, hoc & aſſerere tonitruoſam tunc terræ ſubtilem fuiſſe euaporationem, & ſecundum ſlatus naturam illi loco morigerantis profectam; ipſomet in canone magnum faceſſit opus nobis ob vna defacta mutatione ad varias regiones, opportuna colligere ſigna; quippè autem penes loci iſta habebuntur: quamobrem talibus demotibus pro conperto habetur multas profectas febres lethiferas fuiſſe; non obſtante illis tuto tempore actis; attentè hoc

ideoque interrogare medicus tenetur. Vt de quo reſtat demum ſermonem agamus, haud difficile procul erit, exercitus numero ampliſſimos, ſeminaria multis plena diſcipulis, nauales intriremibus copia, quaslibet communitates, perpetim gentium multitudine ſtantes annonæ, vel ob inopiam, ac prauitatem, vel loci anguſtiam excremẽtorum alitus minimè ventilantem, baſilicè maligni indicia apparatus medico præſtare: ergo ſummè ſanè, ac maiori cum diligentia vitia cuncta hæc auguſtè perpenenda erunt; non minus quolibet in particulari ægros ſimilibus ſupplicijs afflictos, imo ſi illi ſtellionata labes agnata fuit, dum multum erit.

C A-

Digitized by Google

CAPVT VI.

Obiter deprecautione periculoſa ad facienda itinera, ac primo pro quolibet ſano, ſuſpicioſo Epidemiali in Statu.

POſt varios legendi caſus de libris ab epidemiæ præſeruatione; non per paucas priſcorum cognouimus chimeras, ac ſuperſtiones, neotericorumq; differendi ſutilitates, ac diuerſas variorum medicamentorum ſyluas, impoſſibilitate, contrarietatibuſque imbutas;non immeritò, ad profundiſſimas ſi deuenerimus cachinnationes, tam deſignaculis, characteribus, execrationibus, collyrijs, phyltris, vnctionibus,bottanicorum pulueribus, & ſuccis, inſuper vetularum multis nugis; tam de illi, deniq; ob impoſſibilium medicaminum vſurpationem, rigoroſamquæ alimoniæ captu-

pturam; quemadmodum tali tempore omnes principes, ac Reges fuiſſent, & id præſtantius quod erat, oblitum iam fuit, aufugere nimirum illa tota iamdudum è terra auulſa; dum quantò ſerius detracta fuere, tanto tutius comedenda erunt, ſpoliata quia, ac purificata prauis terræ qualitatibus cum ſint. Præterea memoria habeatis, quæ ſupra narrauimus, loco detuta, & iucunda alimoniæ vſurpatione, hoc cum diſcrimine, quanto fieri poſſit relinquere terræ agnata, & animaduertere ad purificationem aquæ, pro panis confectione, & ad cupediarum facturam, quæ purificatio dum igne habetur. Poſtea opportunè vomitus prouocetis, bis ſaltem in menſe; etſi quilibet procliuis haud erit, poſt multos ſumptos humidiores cibos, maluarum decoctione cum raſanorum ſucco, butiro atq; iniecto, pennis, aut digitis eos agat, deindè acetoſum capiatis ſyrupum, vel menſibus ſingulis, haſce noſtras magicas pillulas. Recip. mirrhæ electæ, & croci ſulmonenſis ana

par-

Digitized by Google

partes æquales aloes ſplendidiſſimi, & rubeſcentis, myrabulan. omni. & agarici electi ana octoties partium dictarum, & ſyr. acet. f. maſſa, de qua capiatur dracma vna, cum dimidio. Omnium reginam, quis tam calidam haud habens naturam, bis, aut vna ſaltem vice in hebd. capiet, cum vino, vel ſyru. acetoſo. Otium, vinum, venus, nimia cogitatio, hiſce non ſolum in temporibus, quoq; ac in omnibus, vt venena fugienda erunt, ducentia ad mortem homines. Poſtremò hæc minimè derelinquetis, perpetim cum appetitu à menſa ſurgere, rerum varietates optare, cum otio ſint inimicæ, muſicam amplecti, ſolem aduerſus motus quotidie exercere, & veſtra appoſitè agere munia. Forſis vobis liceret deſtituere ſuſpectoſos hoſce locos, ad contrarios fugite, & nunquam reuertetis; locus craſſus ſi erit ad ſubtilem, ac ſecus. His certè actis cæterorum tutiſſimi eritis.

Detuitibus porrò ancipita per loca, periculoſa ad gerenda itinera; quamuis obiter

ter hic locuturi erimus; fuſius eas tamen manifeſtabimus. Coactus autem quis verum erit haſce exercere mutationes: accuratè præſcire tenetur, penitus toto temporis curriculo, imò octo ab hinc diebus haud libare aquas, ptæterea vinóſum malle vinum, atq; iugiter ſiccum ſumere cibum, quam eum aqua confectum, ac mixtum. Deinceps inquam quas pertranxit oras, mane, & ſerò largas ſulfuris accipiet ſuffimigationes: ſi forſitan diſtenſus, ac ſummè plenus ſibi ventriculus videatur, benignè vomitum edat, acetoſum, & poſtea capiet ſyru. thæriacæ, vel tantillum, aut demum ad Sacras tutaſque recurrere anchoras diuini ligni guaiaci fruſtrum, quinque in vini pocula horis infuſum alimoniæ ante ſumptionem.

C A-

Digitized by Google

CAPVT VII.

Recentiſſima iſtos contra morbos medicamini ſylua.

AVt profectò quia heroicorum more, ſcriptorum, Medicinæ anteſignani ad difficilium morborum cura m, clam ſe ceù deſtinarunt, aut verò ob artis longitudinem ad illyadem perfectæ metæ peruenire nequiuerunt; quippè cum ob eorum ſermocinationis diuerſitatem, ceù timidos, incertoſq; ad talium fugas hodiernos ſe habere naturæ miniſtros, quanquam rude vulgus ardenter actiuos eos agnoſcat. Credimus quidem porrò priſcis cuncta ab illis experta fuiſſe, intentatum nihil; & quia quidem cognouerunt temporis viciſſitudinibus, vehementer naturæ ac morborum quædam variari accidentia, ac augeri: idcircò de generalibus, pretioſis cum monitionibus, diuerſis quibuſdam

in

in locis iam locuti fuerunt; imo ſuppo-nentes deniq; venturos medicos diligentiſ-ſimos atq; accuratos naturæ munia rima-tores fore, diù ac perpetim agentes, inge-niosè noua ſpeculantes, & eorum marte multa explanare, rutila, iucundaque fa-cere, non tantum nugis, quantum mirifi-cis operationibus. Operæ pretium ſecus, ac experientia docet. Summè iure ſanè, quoniam Reſpublica, quęlibet inſtar decre-torum hæbraicæ legis, cuidam iugiter ſtudenti, & ad quadrageſimum annum acceſſo concedentium tunc altiſſima eo-rum arcana legendi poteſtatem: ceù quip-pè medicinæ ſuis magiſtratus auguſtiſſimis de theſauris apprimè deberent; Minimè verò ad veterianorum morem; quamo-brem quislibet xenodochij Miniſter poſt longam factam barbam ęgrorum cantaros, ac vrinales ad expoliandos, illicò per vr-bem receptarum faſciculum, paucis num-mis emptum captiosè ſpargens: vnde hodie cunctos, ſine circulo circulato-res perpetim morborum cauſas neſcien-

tes

tes, eos mente ſanus iudicabit; imo plura, quando, parumque diuerſa cuidam ſymptomata cum copularentur morbo; ocyus nouum genus quoddam ægritudinis pullulatum fuiſſe fatentur, & ſic affatim, ac confusè multa incautè ægris afflictis medicamina præbent; haud idcircò dumtaxat miſerabiles illi capti, & in pugna ab atroce vexati hoſti, imo amplius inhumanè ab iſtorum ignorantia occiſi videntur.

Ne ſonoris forſitan aliqui cachinnis rideant de nobis aſſerentes, o vos Medicorum redargutores, nonne vix decimum ſeptimum incepiſtis annum, Romæ, & alibi, tot veſtra medela necauiſtis ægros; illicò defenſione pro noſtra nacta reſpontio, videtur, ob multos nēpè, quos apertè cognouimus, vix medicinæ paleas poſſidentes, & tot nummorum plenas habere crumenas; laceſſiti operæ pretium ab hoc, & nos, præterquāquod diù ſemina in agro huius magnæ artis ſerimus, & ſudoribus multorum dierum ea irrigabimus, & illam deniq; aſſecuti fuerimus, quamquam queſo acerbi

bi videatur noſtrarum actionum fructus; certò certiùs maiores, quam paleas cõtinere vires ſapiens quilibet extimabit. Igitur geſtus amplius ſtrepituoſi illis haud erunt.

Vt ad inceptum, & nos profectò redeamus quibuslibet medicinæ munia exercẽtibus, quam maximè altius, & ſupra caput noua ſpæculare conueniens erit, quandoquidem minè ſuccedit id præterquod medicamenta adminiſtrata fuere. Non immeritò eia profecti fuerimus, & nos, quamobrem continuis actis excellentiori induſtria præſtantiſſimis, in iſtis popularibus morbis medicaminibus, & nunquam peccans cauſa inuencta fuit. At cum deinceps medicamina dicant propter expulſionem cauſarum, ac actualium calamitatum oppoſitionem, nouas cum inuenerimus cauſas, recentiorem idcircò medelam explicare opportebit ad nos, & antequam mæthodico modo eam in lucem edamus, per eius materiam quippè luce clariorem manifeſtare prius debeamus.

Alacriter, at ſingulari gaudio vobis hæc, ad

Digitized by Google

ad huiſcemodi fugandam cladis ærumnam, minimè inquam magicis figmentis, ſophiſticiſq; contentionibus, ſubtilioribus autem argumentis, experientijſque uerò imbutis clarificamus recentiora medicamina noſtra, nempè lignum ſanctum, ſartam parillam, lignum iuniperi, Mercurium varijs ſumptum modis, cantharides, viperarum trociſchos, crocum, myrabulanos omnes, ſandala cuncta, agaricum, antimonium, aurum, tus, mirrham, vinum, ſulphur, maluam, aſelli pulmonem, muſicam, & theriacam omnium reginam; Etſi autem moroſa aliquibus mediculis hæc noſtra videãtur medicamina; tanto tutiora, & nos ea autumamus, & rationibus particulatim illuſtramus. Primo cæterorum iſtorum nobiliorem occupans locum ſanctum lignum eſſe cenſemus, totorum Alexipharmacorum regem, à per paucis notum: tametſi pauci id agnouerunt, haud enim quaslibet ad epidemiales calamitates exhibitum fuit; poſtquam ſerpens vt à fraxino, prauus egræ terræ alitus ab illius vſur-

patione perbellè præparata fugere intendit. Si forſitan timidi mediculi vehementem illo in eſſe calorem, & validè poſſidere inflammandi ſpiritus, & ſanguinem aſſerentur virtutem.

Quis cætera ſciens, & veritatem ſecum ducens; certo enim certius id ad talium expulſionem præbendum, parum pauendi fatebitur; quandoquidem multos ſolertiores viros, ethicagallica laborantibus calidiori cælo, ac tempeſtate vrenti eius decocta quadraginta dierum ſpatio, magna cum eorum gloria adminiſtraſſe videtur, diſertis verò cinnamomo pipere, alijſque calidioribus rebus. Illicò illi ſuccedens Mercurius, verſipellis à nobis reputatur; quidem quando, aut propter afflicti naturam, aut quia ſumma talibus coniuncta morbis, caliditas videatur, interdictum, & non ſanctum lignum agnoſcatur; citius hydragirij adhibendus erit vſus, tam per intus chimico modo, quam per extra vntionis gratia, præter nonnullorum puſſillanimitatem, multa ab eo dicentium naſcitura incommoda; ſecus verò compertum

tum cum nobis, ſingulíſque fuerit, quoniam quippè feliciori ſucceſſu ſtellionata in clade adminiſtratus ſæpè ſæpius fuit, ſicut ad extra cum porcorum pinguedine, ceù etiam per intus, a ſpargiricis huiuſmodi magiſterium laboriosè fabrefactum, quod à vulgo hodie Mercurij dulcificati appellatur. Minimè amplius inſuper ad illius monſtrandas moremur virtutes; nam vntionis priuilegio omnes latices expellit malignos, quamuis parua cum ægrorum perturbatione, quæ nunquam erit timenda pretium rei; quia nunquam maius dabitur medicamen, quin iacturam aliquam inducat. Imò ipſemet à centro ad ambitum, citra viſcerum exturn quoslibet ducit humores, & ſedulo morbi fugare cauſam videtur: reſtat vllo abſq; dubio verum realemque indicantis eſſe ſcopum.

Altiſſima ſpoliatam virtute ſartam parillam minimè dicamus; præter cum autemquod cæteros conſumere poteſtatem ſuper vacaneos poſſidere humores, ſtellionata clade imò præditos: Vidimus ab eius

tamen ſumpta decoctorum vſurpatione, ptiſicum quoque quemdam, vltra deſtillationis acris fluxionem, ſed contagij virtute, magna cum facilitate, celerius tali expuliatum labe.

Omiſſis cæteris iuniperi cordialibus virtutibus, hoc vnum magnum vobis proferimus, Elementorum mirabilem ob congeriem, quam id poſſidet, & corruptionis inimicitiam integrum per annum factos ex illo carbones viuum conſeruare ignem. Itaque, vt aurum ſecundum, natiuum roborans calorem id eſſe fatemur, quo roborato cuncta ſibi contraria eijeciens.

quanquam cantharides, vt venenatæ, & hic nullius videātur momenti, ac valoris: aſſerimus tamen crudeles apud haſce calamitates, medicinæ vt annotarunt principes inutilia omnia fuiſſe ſolutiua pharmaca, ac ſanguinis vacuamenta; ſed enim ſolum vrinas mouentia, idcircò eas validius ſe habent virulentos illas incidendi ſuccos, & foras per vrinam pellere.

lere. In theriaca fabri viperinas poſuerunt carnes, vt actractrices id, quo præparatione, ſpoliatæ fuerunt: ſic per conſequens eas ſumendas fore, duas ante horas, quando vomitoria, aut purgantia exibenda erunt. Crocus nequaquam ſolum Elementorum virtutibus vim corroborandi obtinens; enim quoque ſolis amatiſſima planta, vt alexicacon veneno cuilibet reſiſtens, nobiliorem tenens vtilitatem.

Certè quidẽ dicet quis naturæ ſecretarius erit inter purgandi vim habentia medicamenta præſtantiora, agaricum, antimoniumq; eſſe; cum quoslibet trahant illa humores, vllã citra qualitatum alterationem, debita capta ritu. Aurum, thus, & mirrha, vitæ theſauri, Magorum, atque Regum pretioſiſſima medicamina, virtute tanta ſunt dotata, vt quis ritè ea ſumere audeat, obnoxius nequaquam peſtilentia, pertinacibuſque percipiatur morbis. Defectuoſa nunquam mollis, viliſque malua erit, ſuas ad oſtendendum vires, ſuo quia lentore reſigendi crudos, moliroſque

tunuunicis ſuccos videtur actiua, & ad vacuationes eos facere procliues.

De ſyrup. acetoſ. virtutibus hic, & alibi quis dubitabit.

Suffituum tanta cara eſt extimatio, vt Dij non ſolum illis magnopere gaudere videntur; ſed etiam cæteræ vniuerſi nobiliores partes: non immeritò omnia ſi principaliora corporis membra illis recreantur, & præcisè pulmones ſulphuris ſuffumigationibus: quoniam eorum vitia, aeris, & præſertim labes, ſuffitubus illis mediantibus conſumata aſpiciuntur; vnde cor floridum deinceps robore, & vi.

Quantumuis à priſcis inutilis ad ſacrificia aſellus reputatus ſit; pro experto profectò habemus, vapores ab eius pulmonibus accenſis ſingula venenata demere. Magnificas totorum myrabulanorum celebrare virtutes, excelſaſque ſandalorum omnium vires: niſi diù ad ſtudia, perpetimque ad experimenta quis exercitatus fuiſſet, certè haud poterit; quamobrem illa vitæ lignum in Paradiſo à nonnullis repu-

reputata iam fuere, ob nimias, quibus ſunt prædita virtutes, mirabilè ſcilicèt ſuper vacaneos exiccantes liquores, vnde caniciei prohibitio, ab inflammatione, ac corruptione naturales liberantes vires, & ſtyptica, aromaticaque eorum potentia validius ſpirituum omnium producentes robur. Iſta demum vniuerſalis medicinæ arbores nuncupantur, quidẽ quando pręſtantiſſima haud duntaxat ſingulas ad infirmitates, quoque amplius ad perfectiſſimæ ſanitatis conſeruationem: quia ex iſtis, & modico addito auro laminato, ac acetoſo ſyr. phæbęam noſtram habebitis confectionem ad cuncta humanæ vitæ incommoda tollenda.

Si veritatem vini filiam diligatis, altiſſimis illud dotatum Virtutibus fateri coacti eritis, quamuis quia vitis ſit propago, vitam alit tamen, ac conſeruat, & ab omni venenorum genere vindicat.

Theriaca vniuerſorum medicaminum Regina, ſolum nequaquam quia multa virtutifera in ſe claudit ſymplicia, verum

enim cæleſtialem propter, qua informatur craſim: vnde Diuinus eius inuentor à ſophis extimatus fuit.

Tam acerrima inter magnates ſophiæ heroes orta pugna fuit; vt huc vſque minimè pacata ſentiatur: pertinaciter enim partim certãtes, quod niſi mẽs benè valuerit, & corpus rectè valere haud poterit, ſecus ac reliqui pancraticè tuentur: quapropter, & nos hac de lite, vt naſcatur pacatio, aſſerimus nunquam inter diuerſa agnationem ſuccedere poſſe; niſi vtramque participans naturam veniret medium, & cuiuſmodi ab interuentu intenſus reſultaretur amor, vt vnius defectus, & bonitas, illicò ab altero ſentiatur. Et ex hoc fas dicere reſtat, quædam ægræ parti auxilia præbita, libenter, ac potentius actiuiora fuiſſe, ſi cætera alteri congrua iterum administrata fuiſſent. Poſt non pauca igitur corpori calamitatibus obſito præſentata præſidia; obſurdum nequaquam, imo opportuniſſimum animo quoq; fore.

Et quia iſta animi medicamina paucis ſunt

Digitized by Google

ſunt cognita; faceſſit qua propter nobis magna res, ea planius clara facere, & hæc ſunt, ægris nimirum auſpicate denunciare negotia, litis victoriam, hæreditateſque habuiſſe, illorum amicorum poſteà eis concedere interuentum, præbere illis lætitioſos colores, virida ſtrata, demum muſicam ſuauiorem, potentiſſimam medicinam, cuius diſcribere vires, certè appoſitè nemo poterit; nihilominus, & nos, vt opportunum adiuuamen, quanto poterimus illius celebrare potentias perpenſitemus. Muſicæ enim verò tanta ſentitur poteſtas, qua quidem mediante, tota orbis regulata machina venit, vndè vniuerſi appellata fuit anima, & cuius effectus maximum ſapientibus portarunt mirum. Nam omnium audientium intentiones, geſtus, motus, actus, atque mores, ſuas ad proprietates immutat, ac ſubitò prouocat; tunc quando animum mulcet, mentem eleuat, milites ad bella incitat, lapſos viatores, triſtes, debiles, iratos confortat, atque lætificat, & phreneticorum rabiem

tem-

temperat, & in diuerſis locis habetur, ea interueniente, à prauis, pertinacibuſque liberati nonnulli infirmitatibus fuerunt, & præſertim noſtra Apulia, à tarantulis qui tacti ſunt, ſtupidi, exanimeſque facti, donec titillantem ſonum audiuerint quemdam, quo audito citatim ſaltare magnis viribus incipiunt quatuor, vel quinque dierum Spatio iugitèr, illis denique actis, integre ſani poſtea euadunt. Quis deinde ambiget ſerpentes, volucres, delphines, & alia bruta ſuæ ad modulationis auditum repentè mouere, niſi vt ſecretorum naturæ ignarus.

Ceù poſtremò illius videtur vis, vt nonnn ulli peſpicui aſſerũt Doctores, quod Haleſius fons, alias tranquillus, & in lydia quædam nimpharum inſulæ crotallorum ſonitu, atq; tibiarum concentibus, ille exultabundus eleuatur, ſuos & vltrà limites intumeſcens, & iſtæ ſuarum à continenti lætitiosè motæ in circulum, ad littora prodeunt, & poſtremò ad ipſum reuertuntur. Itaque certè videtur præſtan-

ſtantiſſimum eſſe auxilium muſicam; & nos pro certò perpetim habemus neminem licet maligno correptum morbo, hac vita migrari, qui muſica, aut amicorum corona gauiſus fuerit: per conſequens quis prudens erit, eam abhorrere minimè debebit.

CAPVT VIII.

De recentiſſima horum morborum, ac rationali cura.

SI phyloſophicis obuiam monumentis veniatis, ſpeciatimuè rerum ſubſtantialium de mutatione titulo, perbellè porrò eas procreatrices, alias corruptiuaſque cæteras reperiatis. Harum, quæ ad corruptionē vertere torquentur, & omninò conſumatæ nunquam erunt; tunc illarum morbos ſpargere videntur deinceps autem ſi corruptio valdè eos graſſari aſpicietur, tunc proximus interitus expu-

tan-

Digitized by Google

tandus erit. Quamtumuis tam facilis huiuſmodi vobis viſa morbi ſit præſentia: ipſiuſmet conſtitutionem, cauſas, ac generandi modum agnoſcere, quam maximè difficilius erit: vnde tot variæ eius profectæ fuerunt ſententiæ, quot diuerſas duxit imagines; & ſic certitudinis tantillum vix inſpiciendum erit. At autem, & nos, ſi memoria, quæ olim narrauimus, perpensè nunc habeatis, dubio abſq; vllo aſſerere parati eritis; morbos repentè virium cum diſcrimine inuadentes, elementorum citra ſenſibilẽ inæqualitatem, à tonitruoſa ſubtiliſſima, atque potentiſſima productos cauſa fuiſſe, à cæteris diuina, ſeù occulta, ab alijs ingentiſſima putredinali cloaca. Quæ quidem, ac ſi vlterius animantium viſcera eruiat, Ocyſſimè interitum ducit, niſi, & naturæ ſtantibus, medicorumq; præſidijs, prohibitus huiuſmodi illicò tranſitus fuerit. Interdum verò cauſa illa ſæuiens nunquam, ceù ſubtilis, ſubindeq; tranſiens, ſed ſenſim paſſimue animantium vitam deuaſtans, præ-

uijs

Digitized by Google

uijs Elementorum cæterum craſſis virtutibus: quapropter omnium oriuntur coctionum prauitates, vnde dominium capeſſit putredo, & putridas ſingulas deſtinans infirmitates, hoc eſt ſenſim accidentibus ſenſibilibus interuenientibus; Non immeritò perſpicuorum ſophorum turma, res quaſcunque interiri, ac corrumpi alias ſenſim diſſoluta temperie, inductaq; putredine ait, alias tota illius ſubſtantia ab externis quibuſdam offenſa cauſis, hoc eſt tenuiſſima, atque ſubitanea cauſa; confeſtim ipſa ſubtiliores inficiens partes citra aliarum craſſitiem; & per hoc morbos ſemi corruptos nuncupamus, poſt quam toti corrupti mors erit. At autem illi qui craſſas ſenſibileſq; afflixerunt partes putredinales mixti vocabuntur, & ſic pro omnibus hoc noſtrum valebit aſſioma.

Clara huiuſmodi non obſtante doctrinæ locutione præſtantiſſimi enim non defuerunt, noua altiſſimis proferentes ſpeculationibus, ſubſtantiam alitèr nempè intelligen-

ligendam fore; aut quando medicamenta elementorum iuxta vires minimè proportionata, ac conuenientia illi fuerunt, vt in lepra, in canis rabidi ictu, atque ſtellionata inclade, aut quando ingenia noſtra de mixtis, & viſibilibus nequaquam ſatisfacta.

Qamuis verbis argnmenta iſtorum videantur pompoſa; rationibus tamen ſatis nuda auſpicamur eſſe; quippè cum erroneum aſſerere fuerit per cauſalem iſtam, non inueniendi qualitatibus apertis, virtutes inter medicamina, & infirmitates, repentè currere ad ſubterfugium morborum inſubſtantia, & ad aliquid occultum, & non manifeſtum; dum medicamina illa, tunc potius agere accidentaliter videntur, nimirum excitare virtutem vitalem, atque eam roborare, vt poſſit ſe à talibus iniurijs vendicare.

Proficiſci poſtea ad aliquid clanculũ, & diuinum, non tantum ſuperuacaneum, reputamus, quoq; etiam perniciofum, quandoquidem ea, quæ ſcire ſunt poſſibilia

ab

ab illis negliguntur, & ad aliquod Diuinum chimerabile occurrunt, quod penitus mens humana intelligibile tenet, citra ægrotantium detrimenta.

Rurſus maiori horum pro confuſione hæc vobis narrabimus exempla; nempè quotiens nonnullorum fauces laqueo adſtrictæ fuerunt, vel aliquæ perforatæ nobiliores, ſubtilioribus telorum acuminibus corporis partes, nulla cum cruoris excretione, & cadauera illa ſtatim alacrioribus illis phyſicis lata, & ab ipſis quesò portatores illorum mortis ſubitaneæ cauſas quererent, poſito, quod neſcirent laqueum, & telam: Celerius confuſam ad quamdam ſupra Elementorum formam, vel ad quod intrinſecè furtim, clandeſtineque ortum, aut antipathiam proficiſcerentur; certò certius, & res profectò ita haud ſe habuit.

De illis putredinalem cloacam dicentibus apertè eos experientia excludit, & apertiùs infra eorum manifeſtabimus excluſiones.

Fer-

Firmiter fundatis itaq; noſtræ doctrinæ anchoris, popularium quoad morborum eſſentiam, & cauſas; remotis tamen cæterorum omnium prædicatis medelis; quapropter luculenter ab illis indicantia deſumenda erunt, eſſentiales illorum, quæ conſtitutiones, ac accidentales differentias gignere ſolent, & quia tonitruoſam illam diximus eſſe terræ ægræ fuliginem diuerſimodè ſuſcipientium naturæ, ac loci concurrentis actiuam fauore.

Idcircò ab illa deſumenda erunt; & quia ipſa triplici ſe habet modo, triplicatos quapropter inſtituamus caſus. Primum, tunc quando ſubtiliſſimæ, ac præcipites eius erunt diræ. Secundum, quotiens ceù haud violenta, opipara tamen, ſubiectorum, & iuxta conuertibilis naturam. Poſtremò tertium, interdum quando plures interuenient con cauſæ, loci nimirum concurſus, tum ſitus, ſui improbitate, tum ab vna ad alias facta mutatione, putredinalis quoque apparatus, iſtius fuliginis perperam ſuſpectio, & alia quæ natu-

ralem

Digitized by Google

ralem calorem deuaſtant. Vnde perfidæ, ac malignæ febres.

Notabit inquam iſtorum ante poſitiones, quis medicorum operã ſequi mauult, perpetim nempè vt ſit cogitans, ſingulaq; conſiderans, præſentia cum præteritis, atque futura, & omnia ante præternaturales res, nequaquam phyloſophico, ac ſophiſtico tantummodo, verum opimè etiam; quoniam lubentius noſtris ſub ſenſibus cadunt; ægri naturalia deinceps, corporis conſtitutionum nimirum, & diſcurrendo tacitè conſideras, quali nam habitu, gracili, an obeſo, & quo ferè temperamento declinas ſit, deindè autem qualis ordinaria viuendi conſuetudo fuit illi, poſteà morbis, quibus correptus venit, ſimplices ne, an populares, & regio locus etas, & anni tempus quomodo ſe valent, at etiam mutationes de vna ſi ad alias factæ fuiſſent oras, & per vltimum, ac quidditatiuè morborum inuaſiones; aut verò clam ceperunt, furtim, ceù & exitus. Nec pauci negotij erit, addimus

Digitized by Google

etiam, ingreſſurum morbum in benè conſtitutum corpus, aut in perperam viuens; Quandoq; accidit autem, tot inopinatos diſtortoſq; naſci progreſſus, horumque originem valdè ancipitem, ſecùs ac in bono, & regulatè viuenti. At cognita ægrorum verò conſtitutione, facilè affirmare erit, aut ab illa vitioſa ſtante, aut morborum inconſtanti forma ortum quidem duci: quamuis etenim perperã acutus videatur morbus, & bona tenens viſcera inuadat corpus, ſuos, ob quos poſſidet legitimos ſuccos, cauſæq; exiſtente notitia, citiùs, ac non ita difficiliori curatu, quam cruditatibus, obſtructionibus, vitijſq; cæteris imbutum exitus habebit.

CAPVT IX.

Primus Curæ Caſus.

MAius pretium autem operæ antedictos illos explanare caſus nobis facesſit

ceſſit negotium, & horum primum potiſſimè, opiparè medicorum futuram nunciare pręſtātiam quam illi tunc habere deberent; quandoquidem inopinatè, ac citatim, citraq; ſenſibiles qualitatum inordinationes, virulenta dira percitus aer videtur, quo ab animantibus attracto, citiſſima eorum ſubſecuta mors fuit. Itaque deberent Eſculapides opiferi, cuncta mirificè gerentes, ſicuti præcipites ferinoſque morbos fuiſſe illos repentè corpora ſana, vllo erratorum ſigno, inuadentes; ceù ancipitem ſubitaneumque illum fore graſſaturum terræ alitum, præludiorum abſque percibilitate aſſerrere.

Quapropter cladis huiſcemodi pro extinctione attentè apprimèq; attendendum erit ad ſimilis ſubtiliſq; vaporis cohibitionem, radicitus atq; extirpationem; ne contagij gliſcat vis, oppidatim furioſe deuaſtans. Igitur cautela pro regia, tam vbi capeſſit initium, quam vbi ſuſpectus regnabit, iugiter ſulphuris ampliſſimæ præparandæ ſuffimigationes erunt, haud tan-

Digitized by Google

tummodo virulentas illas athomos diſſipantes, etenim verò roborantes animantium pulmones; vnde cor mrgnoperè floridum videbitur.

Correptis deniq; aeris illa calamitate, vt opifertu, prius nequaquam præberis cuncta ea vaporis virulentia turgida; tamet verumſi congrua videantur; ne in craſſam vulgi incidas ignauiam: quoniam cum recentes legant acetoſæ, ſcorzonariæ, ac cæterarum herbarum plantas, illicò cupidias, ſuccos, atq; ſtillatitias conficientes aquas, ægriſq; concedentes. Vehementer certè igni pringuia dabunt alimonia. Summè itaq; ſanè reſtat, quanto longe ac ſerò à terra, atque ambientis aſpectu cibaria, nec minus medicamina ipſis accommodata fuerunt, tanto præſtantius ad talium vtilitates te præſtabis.

Deinceps verò temporis perenniter eſſe deberes auarus, & partium ad refocillationem, primum affectarum occurendus, dum hæc vitæ cuſtodes ſunt. Nequaquam porrò, licet tibi videatur putridorum

rum

Digitized by Google

rum laticum proportionata excretio, ei pharmaco flobotomia eris profectus: quamobrem illorum in operationibus, relicti illi guardiani, hoc eſt ſpiritus, expultricum propter facultatum motiones, faciliter euaneſcerent, vnde de medio ablati infirmi eſſent; ſed potiùs verò illorum augmentare virtutes, à ſimili vt tyranide vindicari poſſint conueniens atq; erit. Diſertis autem quibuſdam homunculorum futilibus indicantibus, donec præſtantiora, illis occulta, ſatisfacta fuerunt: Citimè, & cordatè noſtram pretium operæ phæbeam capere confectionem, Sanctiſſimi ſuperbibendo ligni decotionem, aqua geſtam, valde purificata ante, & demum huius pro correptione modico addito falerno neceſſe erit. Clyſterijs poſteà iniectis ordinariæ expoliandæ fæces erunt. Pro alimoniæ vſurpatione verò præſtantiſſimum magiſtratuum, cæterorum fore auxilium, bruta publico pro paſtu deſeruientia, ſpatioſo in quodam collecta loco, ſemina, aut olim fæna, vniuſque fontis

aquas, & non multum pro alimento capienda fore. Nam affatim varias aquas diuerſaſque carpere herbas terræ alitibus imbibitas, quamuis illorum haud agnoſcatur læſio, hominibus verò præſertimuè infirmi: non paucæ conſiderationis erit.

Inſuper viſum ſi tibi fuerit propter alia profecta ſymptomata ad ambitum proferre ichores, efficaciſſima atque Sanctiſſima hijdragirij erit vntio, ſine alteratione, quantum deſideras eos expellit. Viſa parum per alitus diræ pacatione; neceſſitas ſi vrgeret putridos vacuare ſuccos, agarico atque Antimonio diuitus habebis intentum. Muſica talibus in negotijs relinquenda nequaquam erit: quæ fons ſpirituum eſt, & illa ſtante totus reuiuiſcitur eger & hic finis eſt primi.

Digitized by Google

CAPVT X.

Secundus Caſus ſuccedens.

E Terra interdum illa eleuata fuligo tam opica, haudque permeabilis eſſe ſalet; vt multum mitis animantibus ſentiatur,& tam ſenſim, atq; furtim ſuum perficit eſſe;niſi plurimum debaccharetur, nequaquã pro epidemiali baptizata eſſet: nihilominus, ceù agnino lupus tergore, veſtitus, pedetentim, ac certiùs ſingulatim deuorans oues frugabiliter, igitur attendite huiuſmodi naturam, quoniam tam inſita illi dapatica eſt prauitas, vt tota corporis vitiata munia videantur, eius omnes ſpeciatimque coctiones; deinceps paruulis verò extrinſecis quibuſdam ortis occaſiunculis, vnde quædam nata leuis morbi fuit ſpecies; citatim cortice ſub illius vires celabit ſuas, quapropter demum duplex illius experimentetur, exitus, mo-

dò plura feriens, eorum à primordijs, iuxta diuerſos ad morbos diſpoſitiones; aliqui nimirum optalmicus videbitur, lientericus alius, anginoſus alter, & tabidus demum, vt non nulli ſcripſerunt.

Secundus deinceps autem exitus erit, quotiens, ciborum, exercitiorum, ſexus, etatis compleſionis reſultabitur aſſimilatio; qua prorſus contagij capeſſere vim faceſſit negotium; vnde tam danales infantium anginæ, eorumue exuberantiſſimæ morbillorum actiones, maligniſſimæ vtero gerentium paſſiones, militumque quam in caſtro, in triremibus ceù virulentiſſimæ infirmitates emerſæ cognoſcuntur. Idcircò oportunum contagij hic ſcatturiginem, modum atque etiam explanarè æquidem erit; nam id, vt vim habeat ſuam, quodam vniuersè affligente anteà opus erit; deinceps porrò aſſimilationis cuiuſdam conuenientia, & faſcinantium iuxta inſtituta, occulorum per obtutus immanes foras malignoſue vapores ocyſſimè faſcinati ad præcordia ducentium. Et

poſtea

poſtea veruntamen, niſi cum ea, aliquod commune crucians fuiſſet; nec vterogerentium iacturæ eſſent: quamobrem inter illos commercium nunquam viſum cum fuerit. At magnopere apertè reſtat hiſce in diris quoque præhexiſtere deberet in immanius cunctos coctiones perturbans, modo variarum ſub tegmine infirmitatem, ſuſcipientium iuxta naturas; modo vnius cumq; ſub vmbra tantum, plures ſeuiente gentes; habitaque deinceps ſupradictorum aſſimilatione quadam: certè contagij illicò gliſcet actiuitas.

A tam intantum ærumnoſos haſce heù auxiliatores calamitates occurſuri, haud quaquam, cæteri vt quidam, præſentibus dumtaxat, ſenſibilibuſque ſymptomatibus vulgaribus, atque nequicquam cogniti cautis,& confeſtim medendi laceſsāt opus: At autem ſummè animaduertite ſanè, & ſublimius indicantia ſumetis; quamobrem aliunde potiſſima eorum videtur Origo. Omiſſis igitur illis, ad id vniuersè cuncta immanius inficiens, ſedulò eundum, minimè

nimè inquam pharmaco, flobotomia, aut cæteris incongruis ordinarijs ricepticulis, cum nequicquam quis fautor veritati erit ea reputabit. Attamen quislibet, talibus ſi actis, ab illarum calamitatum euaſerit miſeria: nunquam quippè quia medicamina fuere illa; ſed enim virium quia vicebat naturalium robur.

Agè inquam, citoq; cordatè reſurgite, pretioſas, & noſtras apprehendite regulas: poſtquam accuratiſſimè ægrorum, ſuarum etatum, atque anni temporis, regioniſque agnouiſtis præſtantiam, cunctis hiſce in morbis, iucundè vomitus ducite; forſis quidam debiles, ſeu minimè diſpoſiti eſſent, data priùs maluarum decotione, viperarumq; cum trociſcis, illicò craſſos, vntuoſoſq; comedant vberius cibos, deinceps enim tepidæ multum aquæ acetoſo cum ſyrupo, butiro atque, leniter eos prouocabunt. Sufficienti nihilominus acta vomitione; phæbeam ſubitò noſtram ſumant confectionem, iuris pauca, cum pocula carnium Electarum, & horas

poſt

Digitized by Google

poſt quatuor conueniens dabitur alimonium illis. Ordinariarum fæcum vacuatione opus ſi erit, carnis cum iure, ſpumato adiuncto melle, ſæpiùs actura longa clyſteria erunt. Replicatis itaq; vomitionibus iſtis, omniumque diminutis ſuper vacaneis coctionum ſuccis, ſanctiſſimi ſuſcipient ligni decoctionem, quinque ante prandium horas. Cibaria verumtamen laudabilioribus ſuccis, facileque nutrientibus prædita eſſe deberent; potus autem ſignini vini, aut aligophari, aqua & inqua ignitum aurum primum plures ſit extinctum; aqua quidem quia qualiſcumq; ea tantum fuerit iugitur detrimentoſa eſſe cognoſcitur.

His quandoq; ritè, ac Sanctiſſimi actis; verum & etiam humana viſcera perturbans ſi adeſſet, hydragirij aut vntio, ſiuè per intus, aut cantharidum efficaciſſima erit ſumptio, capitibus atque pedibus ablatis, amygdalorum cum lacte bibitis; vndè mirificè vrinarum per vias hoſtis habebitur excutio; porrò cum popularibus

iſtis

Digitized by Google

iſtis in caſibus, vrinas cientia dapatica fuerunt, quemadmodum in nonnullis regiſtratum medicinæ fuiſſet locis. Quid itaque cantharidum vſu efficacius, hos propter effectus; quoniam, quælibet citra incommoda, ab alijs naſcitura ciendi vrinas virtutem habentibus, optabiles ducit ſcopos.

His verò diſertis nunquam totus pacatus noſter videtur animus; dapſili ſed enim vi præſtantiora amans, cotidianum ad legendi occurrit vſum, iugiter atque ſpeculandi munus: quapropter magorum Multa, ſeù certorum ſapientium inuenimus, hominis ad commodum ſtupenda cæli opera, excelſas, ac ſcrutationes; prorſus nam quia illius ob materiæ artificium perperam confectum, incongrumq; ipſius beneficia cæli ſuſcipiens cuncta fecerunt: ſummè ideoque accuratè alacriterque ea ſcienda erunt, ſimiles conſpurcationes fugantia morborum. Heroes proferunt ſolertiores iſti, ſuperioribus inferiora conformia poſſe, opportunis cæli

influſ-

Digitized by Google

inſluſſibus, cæleſtia trahi dona, animæ, ſeù concordiæ mundi fauore, & hoc multis poſſibile operibus erit, per imagines modò, quandoque ſolares quidem cupiunt dotes, ſolis capient hora, leonis prima facie, Sole ipſo cum aſcendente auri laminam inqua Rex coronatus erit, in cathedra ſedens, coruum habens inſinu, & ſub pedibus globum, crocea veſte indutus; hanc tradunt imaginem, inuictum ducunt hominem, ac honoratum, & incepta ad finem deducere, atque ſomnia varia turbulentaque pellere, & præſtantius epidemiales aduerſus febres, quoslibetq; peſtiferos morbos. At conſulere autem Magi Perſarum Regi, ſui pro defenſione, quolibet à veneno, ac peſtifero morbo; in lapide ſi inſculperet hematite hominem flexis genibus ſtantem, cintum ſerpente, dextera eius caput, leua ipſius caudam ſerpentis tenentem, & imprimi, ligarique faceret hunc lapidem, aureo in anulo: verum lapidi in loco capſulæ ſupponitur herbam ſerpentariæ, quemquidem anulum

geſta-

geſtaret, ſolis indigito. His & non ſuffi-
cientibus, denique collyria tot, phyltra,
ſuffitus, vntiones, innumerabiliaq; cętera,
duxerunt exempla.

Quamtumuis mirificè nobis iſtorum,
viſa ſint ingenia: cuncta tamen illa narra-
ta, tam experientiæ fallacia cum fuerint,
quam quoque ſanctiſſimæ noſtræ religioni
inimica; cachinnis digniora idcircò iudica-
mus: ex alia parte verò compertum multa
cum fuerit inferiora gaudere, & alia cor-
rumpi ſyderum quibuſdam motibus; &
quoque certificatum quidem fuit cætera,
phæbo eſſe grata, & non paucas ſuas con-
tinere dotes, Iouiſq; & altera, & ſic de,
ſingulis. Igitur quoties anni tempeſtate,
Planeta quidam genituræ vniuerſalis Pa-
tronus erit; & terræ ob vitium prolificum
ſemem ſuum, peruerſum euaſerit: poſſibi-
le tunc ſi erit, quibus res ille gaudet, atq;
toto concommitate cælo, vnitim phyſico
artificio fabricare, derelicto haud aſtro-
nomico, nobiliorem ad illius cognoſcen-
dum potentiam exaltationẽ, ac tale vt vi-
tium

tium purificatum euadat, & peſtis loco, nobis ſalutis largislator ſit: ſupra narrauimus Solem illo tempore genituræ fuiſſe Patronum; ideoque ſolaria omnia colligenda erunt nempè per animalia, ſtirpes, metalla, lapides, ligna reciſa, ſemina, fructus, flores radices, & alia.

Gratiſsimum nullum tam Phæbo animal, quam Gallus recens; cuius nam vllulatui vehementer pauet leo, fortiſſimus inter omnia, & principis quoq; amatus: inter metalla aurum verò ſui ob incorruptam naturam, quippè cum ſublunari in globbo, corruptioni reſiſtens, aliud nunquam dabitur niſi ipſum, & quamuis agnoſcamus oſſa, & calidiora recentium gallorum viſcera illud valdè diminuere; monſtrantia viſcera illa dapaticam ipſis ineſſe phæbeam dotem. Hyacinthus, lignum aloes, dittamus, zynzyper, calamus aromaticus, cetraria, laurus, mentha, fraxinus, verbena, zodoaria, crocus, balſamus, mala aurea, gentiana, thus, melflauum, & alia ſoli chariſſima dicuntur.

Qua-

Quapropter itaq; factis trociſcis de gallorum carne cum auro ſubtiliter laminato, atque diminuto, vt ſint vero baſis illi, huius Electuarij ſolaris, cætera alia autem ſecundum artem puluerizentur, & vno de quoq; ſimplici, tantum capiatur, quantum quartæ trociſcorum parti ſit ęquabile, & ſufficienti deſpumato melle, ſolis in exaltatione, habitis apprimè cæli aſpectibus, Solare conficiatur Electuarium, quod in vaſe ſit aurato poſitum; efficacius erit illud ſumere ſolis hora, vini oligophari ſuperbibendo parum, ſi caloris magnitudo eſſet, ac aliter, & ſic de cæteris Planetis. Vnde tam aſtronomicè quam phiſicè diuinitus cunctos aduerſus peſtiferos morbos illud erit.

Digitized by Google

CAPVT XI.

Tertius, ac poſtremus curæ caſus.

TAm meherclè crebra atque præſſius conſpicua extimi, horum ſupranarratorum videtur caſuum tractatio, quam ſæpiſſimè hoſpitaliter depromi videtur; danalis rurſus quia ideo locorũ agnoſcatur vis, illa vt abſque commodorum, atq; iacturarum quodlibet impoſſibile foret opus, ac etiam verò nimium ſuuum propter concurſum, tot ab ipſo orta vitia difficilius abluere poterunt; imò addita fabrorum hodiernorum ſatis quoq; parua ad ea præſtantia. Itaque opus habebimus mirè, atq; ſummè appoſitè extimi huius deſcribere normas, ſuorum vt vitiorum, quamuis laborioſa naſcatur extirpatio: & quidem verò, aut motus ob de vna ad aliam factos regionem, aut autem ſitus propter defectus, maritimi ſpeciatimue auſtro pro-

Digitized by Google

penſi, vim præſiliendi calamitoſas haſce diras ipſe obtinet febres: quamtumuis, improborum locorum intuitu, conſpicuè emergāt; tamē diuerſa propter ſcitu difficilia accidentia, medicorum atque inſolertiam minimè defunctæ videtur; amplius verò illæ ad cenothaphia correptos perpetim perperam mittunt. Meritò idcircò iure, quislibet momè exercens munia ad contra medicam artem quærimonias, ac dicas laceſſere tenetur: cauſarum quanquam ſit notitia, ac morborum non tam dira præceps, hoc magis incaſſum medicamina fuere.

Vtinam ò medicæ artis nouelle obiurgator, infirmitatum origines à profeſſoribus, quamuis inſultè, ritè, ſeù ſcientificè notæ fuiſſent; certè rem aliter, quam opinanter cadere: quandoque bonorum, hoc eſt paucorum, pacè cuncti reipublicæ medicæ pratticantes, quemlibet ad morbum, humili, ac demiſſo animo præſidia porigunt, præſertimq; iſtis in obſtruſis febribus; tanto verius, cum vſq; adhuc, minimè

autem

Digitized by Google

autem eorum realis, atque principalis mi-cata origo fuit : more quandoquidem ſo-lito cælum contemplantes penitus pro ho-rum fonte, aliquod furtim, occultumq; atque diuinum ſupra Elementorum vires determinant; & audacter ad earum extir-pationem, alexipharmacis ſolum profici-ſcuntur, & omninò manifeſtas aboloſcen-tes virtutes.

Reliqui deinceps ad putridorum dum-taxat humorum expulſiones tendunt; pe-renniter neſcientes merclè qualem, nam putredinis naturam, ac ſuæ productionis fuiſſe vias. Tandem Poncraticè illos ob-iurgandi operæ pretium erit opus; præter-quamquod oſtinatè talem per orbem iugi-ter praxim exercerunt fælici cum euentu alicoties, naturæ potius beneficio, citiſſimè prolixas ſummas huiuſmodi pro methodi tutela ſcripſerunt lectiones, vnde illis pu-ſilli medicinæ tyrones fides præſtantes, promiſſionum ob multitudinem, miſera-bilibus ægris vix linguæ nigritiem, humo-rum propter acutiem, aut ob bilis acrimo-

hiam paruulam ſyncopem, ſeù craſſis medijs fumis profundos habentibus ſomnos: Cytiſſimè veſſicantia, multarumue calidorum rerum genera afflicti illis præſtiterunt; & ſic acuties vehemens laceſſita, immaniorque facta, protinus interitus occaſio fuit. Nihilominus ore duriſſimo, vllo ſine opprobrio, impudentiſſimi mediculi illi, annis licet, & barbis magni potentiſſimum aſſerunt domeſticis hoc fuiſſe venenum, patiea, & ſanitas ſint igitur vobis ceù voluit Deus. Et ſummum teſtamur Apollinem, ſemper à facinoroſis iſtorum oribus, talem audiuimus hodie ab hoc migratum fuiſſe ſeculo peruerſam, malignamue ob febrem, & nunquam penitus, nimiam ſentire per acutiem: quamobrem cum viderint exhauſto farmaco, atq; repetitis flobottomijs, nequaquam morbum fuiſſe remiſſum, ſubito malignum eum pronunciant, & alexipharmacis, veſſicantibuſque illicò illis occuruntes: haud quia præſciebant tale fuiſſe opus; ſed enim ob rudis verò vulgi ſatisfatio-

nem

nem, identidem cum veteres fecerunt mi-noculi; & res profectò minimè ceù ſe habuiſſet. Interdum quia actis licet accuratè ſanguinis repetitis miſſionibus, minorantibus atq; pharmacis: humorum propter inobedientiam tamen; aliter quam peccantes ſucci expulſi fuiſſent, ſeù demùm verò alteros tentauit ſuas natura per vias obnoxios pellere latices; per deiectiones potius, quam ſanguinis diminutionem. Itaque ſummè valde ſuper vacaneũ fuerit ad ſubterfugium veneni illicò ire, & incautè medicamina præſtare in pauperum gentium detrimenta.

Nec minus redarguendi ardenter erunt illi, qui ob multos, abditæ harum febrium originis gratia ſaugiatos homines, violenter putredinem ad extinguendum omninò excretionibus, refrigerationibus, ventilatione, & ſemiputridorum laceſſiti coctione fuere. Nihilominus incaſſum cuncta egerunt; quandoquidem, vt bonos, aſpectabileſque hæ actiones haberent exitus; legitima informa ſiſtere deberent

latices , quamuis putridos per opportunum erit , ne aliter vtique peius impenſitatum ſuccedat : quia hiſce in calamitatibus nequaquam actiones aſpiciantur conſtantes , ac aſſuetæ ; ſed enim verò monſtrantes ſummè mutatam putridorum ſuccorum fuiſſe figuram . Igitur nequicquam opera illorum fuere . Deinde prudentis miniſtri natúræ officium erit , haud ſolum morbo ab actuali indicantia capere ; verum quoq; à cauſis ſpeciatimque coniunctis , & antecedentibus : quare inutile , omiſſis illis quodlibet fuerit auxilium ; quemadmodum hyppocondriaca in paſſione , quælibet accidentia placare , hepatis ſine, lienis, meſenterijque temperatura .

Nemomi ſulummodo extimati hoc in certamine ſimus à cunctis & nos : quare liquod Diuinum harum pro infirmitatum cauſa aſſignantes , ac illos putredinem reprobauimus affatim ducentes . opportebit & noſtras autem depromore notas , vt hoc magiſque lectorum facile emolumenta gliſcant . Aſſeuerate cum ex non per

pau-

paucis, ac induſtrioſis ſuper locutis artificijs, talibus erga cruciato febribus actis, nunquam harum extirpationis illyas inuenta pretium operę fuerit; vlla enim difficultate ſtante, maximos propter inquietitudines, aliunde mens ad indagandum profecta noſtra fuit: concludendi nimirum totam magni huius operis conſiſtere medullam cauſarum in ſcitu: quamuis collectiuè conteſteq; concurrentium, diuerſimode verò gerentium, & frugabiliter ſingulos perpenſe percurrere, vt ordinatim commodoque earum naſcatur expulſio. Quoniam cunctis illis notis, nec minus copiosè diſertis, ſubindè, ac iucunde omninò optabilis reſultabitur ſalus: quemadmodum porrò cuilibet hyppocondriorum obſtructionibus, atque ſtellionata clade, lue vulgò venerea laboranti, & ob nimios deinceps auſtri flatus, inſolationes, veneriſque immoderatos vſus, capitis pertinacis ſucceſsit ipſi diſtenperatura, vnde in pectore fluens diſtillatio ſenſim orta fuit, & nonnulli medicorum titulo in-

 digni

Digitized by Google

digni accerſiti, iactanter humorum ſarcinam diminuerunt, & ſanguine miſſo, caput temperare autumabant, deniq; inquam oppiatis varijs, ac ingroſſantibus, ſiſtere fluxionem putabant; certè fruſtra tota fecerunt, autem quia penitus cauſarum ſeriem neſcierunt, ac ipſam expellendi modum: quippè cum ſolers opifer, ille erit, haud tantummodo inimicorum opipare trutinare vires; verum etiam conteplabilè, nequid clanculum potentius vili lateat ſub cortice; Igitur conueniens huic infirmitati fuiſſet, natiuum roborare calorem, mollificare, deoſtruereque obſtructiones, ac ipſum tali vindicari à lue, pręthereà enim capiti pectoribuſque occurrendum; & ſic perpetim, agere, & nunquam relinquere. At interdum cauſarum iſta implicitas, ceù impenſa vetuſtate, ac immanitate eſſe videtur; vt medicamina trans naturalia iam tunc quidditatiua tantum erunt, & cætera ſuperuacanea verò; cum tali modo ſubſtantialem noſtrum immutat calorem, vt multum longè à ſanguine, ſuccum fore

illum

Digitized by Google

illum ab ipſo perperam geniturum.

Vt politius nec minus opportunè malignis habeamus de febribus ſermonem, hoc tamen carptim vti debeamus caſu: prædictarum nimirum coexiſtere eſſentiam, aut concauſarum in plurimum conteſtu, aliorſum cruciantium, aut aggregato in quodam, ex illis reſultato; vniuoceq; præterea viuentia affligente. Illius interdum pars prima erit quando vaſorum repletio, nec minus cruditatum cumulus, putredinis torrentes, praua terræ exalatio, ſicut mutationum de vna ad alias factorum regiones, ceù locorum quorumdam improbitatis, alimentorum malitia, & viſcerum præſertimuè principalium defectus, tam à primordijs, ab alia quā infirmitate, vnitim concurrent: Vllo facto dubio malignum quippè præponendum fuiſſe euentum aſſerimus. Iſtarum dumtaxat haud multitudinem propter: verum, & etiam nimiam, inter ea ob aduerſitudinem, medelæ reſpectu; quandoquidem horum implicitas prorſus adſtantium confundit obtutus,

atque ægrorum dirimens vires.

Illius etenim ſecunda porrò, danali accidentium ex dira diù, & cruciatu, ac infirmorum debili virtute, ſuum præoccupauit locum. Cauſis nempè cæteris omiſſis, ſua peculiari cum figura poncraticè, atque immanius ipſius deprompſit tela, tantum. Dilucidè reſtat itaque meram malignitatis eſſentiam, duobus in iſtis ſiſtere columinibus, quibus ritè perpenſis placidè, citoque, ac truſis: baſilica demuntamen habebitur medela.

Nequaquam ſolùm, medicam quis exercere artem autumat, cunctaquæ narrauimus ſuprà, curæ antè initium, ſufficientia ſint illi eorum adminiſtrandum opus; prætereà cum hæc, noſtro ducta morte, noſcere auguſtè ſingulis difficilioribus in morbis, quidē opus erit; & quoad primum concauſarū quomodò erit concurſus, vniformis diformiter ne, quemadmodū cuiuſdam putridæ febris productio, gelidæ ab aquæ pro fuſione euidenter orta: tametſi to cælo illa à bilis diſtet feruore, ventilatio-

lationeq; prohibita, ac illius putredine; ad vnum eumdemet finem coniunctim porrò conſpirarunt, præter naturalem nempè excitandi calorem; an ſecus, ac pluribus ex diuerſis euidentibus cauſis, quædam ab illis longè aliena, ad modum accidentalis aggregationis, exultatur forma, quemadmodũ ortum ſtellionata habuit clades, varijs nimirum ex contranaturam cauſis, quædam noua inaſpectata ſurrugauit ſe clades. Et per vltimum ſciendum eſt, quod quoties conſertè illarum fuerit proceſſio, & varij tamen exitus producti, ceù multis implicitis in morbis, ac complexis, præſertimuè ethica, aut gallica putrida cum connexa fuerit.

Certum enim verò baſilicè accuratè artifex præomnia hæc perſpicere tenetur; quia horum cognitio medelæ ſpiritus eſt; itaq; vt planiuis, ancipiteq; ablata ſpeculatione vobis ſit via, ſigna hæc habebitis pro duce: quoties proportionata pullulatorum ſymptomatum vno cum ſolum morbo videatur cætus; quantumuis variæ ſatæ

eui-

Digitized by Google

euidentes cauſæ fuere; vna ſolùm æquabilis per totum minera arguenda erit; imò certificatur, & amplius, morbo ſtante enim, vno ſedato accidente, cætera ſi pacationem habebunt, nec minus exacerbationis virtute; tunc effectus primæ perpenſitationis erit.

Forſitan ſi quolibet in ægrotante aliquod cognoſcatis nouum, commiſſis, & ab erroribus inaſpectatum, ac inconſtans, ſuis cum actionibus, & nequaquam tenorem, atq; corriſpondentiam euidentibus cum cauſis poſſidens; tunc accidentalis quædam aggregata calamitas erit.

Si demum plures, ac varios naturæ per pendeatis motus, excrementorum modò, coctione, vacuamenta, modò haud, quandoque horror cum ſudore, deindè at alui fluxus, & alia incongrua accidentia, diuerſis cum exacerbationibus, & poſtremò quædam pacata hodiè ſymptomata, & quædam minimè, cras ſecùs ac; indubitanter plures erunt foci, ac morborum radices.

Non

Digitized by Google

Non abſque re vtiq; erit, conſpicuè hoc examinare, à quo nimirum coctionum officina morbi proxima fomentatio emergere ſuum cæpit, & qua in parte magna perdurare iactura videtur; cuius quapropter notitia perlatè morborum indicabit euentus, atque aſſ-uerate eos expellendi vias, quemadmodum ructus, vomitus, nauſea, ſitis, inappetentia, cardialgia (licet totum corpus ſentiatur correptum) vni ventriculo hæc nimis detrimenta obnoxia tribunt. Aeſtus, anſietas, inquietudines, animi defectio, ſummè ſpiradi difficultas, luctuoſaque ſuſpiria, præcordijs indubitanter. Capitis dolor, temporum pulſatio, vigiliæ, deliria, motus cuncti deprauati, ſacram ad Palladis arcem. Artuum denique grauitas, ſummarumque externarum corporis partium ad hambitum. His veruntamen ritè notis, non tantùm morborum habebitur focus, vt à quo, atque debilitatæ partis notitia, vt ad terminum ad quem; ceù cuncti fatentur docti viri: per nos at etiam iacturarũ originis cogni-

tio

tio, & quali nam qualitate prædita illa fuerit. Sic vt calida iecoris intemperies, varias corporis obſidet partes; & horum effectuum diuerſitas, vno à fonte dependere videtur; Iugiter minimè quippè recipientis 'improbitatem oſtendens: quamobrem pars robuſta licet ſuccedere id interdum ſolet; ſed enim autoriſmet ſtatum, atque cœterorum ab illo laticum emergentium; quippè quando ad ſuperiora vergens, neceſſe iam erit, valdè fuiſſe tenuem ichorem, & ſatis ſiccam ſuam diſcraſiam: ad inferna verò acrem quanquam, caliduſuè; craſſitudine, & lentore ſpoliatus nunquam erit tamen.

His iam contemplatiuè completis, ad agendum igitur vt actiuiores ſitis; hæc inquam attendite. Triplici diximus modo concauſurum eſſe concurſum; Eia harum pro ablatione, alios triplicatos inſtituamus caſus. Primum interdum cum multis ex commiſſis in ſex non naturalibus rebus erratis, ac prauæ terræ exalationis ſuſpectu, locorum tum improbitate, tum in congrua

ob

Digitized by Google

ob mutationem per actam, in continuam, ac magnam perniciosam incidere febrem, ſors aſpicitur quamtumuis variæ, ac diuerſæ cauſæ fuerunt; febris autem magna, ac continua videtur, dapaticis cum ſymptomatibus, ac grauioribus. Secundus erit quando ijſdemet ex occaſionibus, aliquod autem, toto cælo ab illis inaſpectabile, & nunquam tenorem ſeruans ſuis cum principijs exultans. Tertius extimus quotiens quando pluribus ex illis concauſis, plures, ac variæ mineræ complicatæ fuerunt, indicantes eos plures diſtorti naturæ motus. Inſuper ſecundum illum affabrè perpenſitatum, cunctis iſtis adaptare, caſibus videtur, breuitatis priuilegio primum tantum explicabimus.

Superioribus totis lectitatis verſutè ægrum erga noſtris regulis, ac illi verſipellè applicatis, & graphicè primi caſus inuenta in illo idea: inuaſionis typum incentè apprendite; nam is vos mouendi docebit modum, lepidè, an anxie audacter. Itaque turgentia ſiuos, nauſea abdominis

ten-

tentione, ructu laticum vomitu, cordis intenſo dolore, & oris amarore ſubindè feſtinabit; ocyus vacuationem, & exercitabitis. Perpensè at videndum, quod ſollicitatio hæc onuſtatis gratia ne, an irritationis valore fiat:

Et quia deleteria pernicioſi alitus ſuſpicio eſt, licet ea clandiſtinè agnoſcatur, irritatio concludenda erit, facultates moleſtans, & ſuperuacaneos perturbans ſuccos. Eia taliũ vt ſit excretio, roſati ſolutiui ſerapium, non tantum inutile, imò venenum reputandum, quamtumuis præterea vulgaribus benignum, ac lepidum medicis ſit, quia eos euellere ſuccos impotens cum ſit; & ſic alios ducit. Et hic craſſus error, tam familiaris mehercle hodiè apud practicantes regnat: porrò cum omnibus in morbis, ſingulis in etatibus, & totis in temporibus illud vſurpant, nullo turgentiæ habito reſpectu, ac humorum ſtatu, & ſolutiuorum virtute. Vt ad inceptum itaque ſimus affabre inuenienda ea, quæ indiſcriminatim eos diminuit; & hæc anti-

mo-

Digitized by Google

monium, ac agaricum ſunt, derelicta barbatorum cum ignorantia puſillanimitate, aſſerentium in principijs, fortè nunquam mouendum; ne maior agitationem propter euadat ignis. Verũ enim verò melius eſt ignem augere, hoſte demiſſo, quam potentiorem inimicum relinquere, fatiferas vires naturæ conuertentem. Forſitan vobis ſi videbitur minimè ceù præcipantèr dira, aliquo clyſteri, vel larga maluarum cum lini ſemine, ac ordei decoctione, acetoſo addito ſyrupo; blandè per vomitum, minorabitis materiam.

Subſequitur autem pancratice ſedulo, magnis ſi extitiſſe nexum inuenis noſcendũ hoſtem; & ſe quomodo moſtrant incommoda ab illo ducta. Nam nimia cum ſymptomatum videatur turgentia, anxiè ſedare ſingula opportebit: ſed obex impediens eſt, nequaquam oſcitantèr, ac inſultè venam ſecare; non tantum, quibuslibet inchoantibus morbis, obfirmatè venæ omittenda ſectio erit, prauos quia extenuabit ſuccos, & totos impellere per viſcera.

H Per

Per nos propterea etiam, quantumuis morborum repentè fuerit initium, ac imminens periculum, tunc termini à quo, ac ad quem exilitèr cum ſit notitia ſedula: certò certius exiguè mouendum fore. Porrò cum genuina medendi iubet regula, prorſus mouentis, mobilis, motuſque incipientis tum, ac tendentis opiparè præhexiſtere ſcitum, ordinata, vt medicaminum ſubſequatur caterua.

Imò totis perpēdere viribus debetur, ab onuſtate ne, an ab alio illam naſci turgentiam; quemadmodum in quorundam initijs morborum, magnam per ſuperiora bilis interueniſſe vomitionem, repletionis, & abbundantię obſeruatum fuit; interdum ac malignæ ob reſpectum auræ; itaq; ſatis vna ab alia longè medendi erit ratio. Neç pauci momenti erit ad vrinas vertere oculos, quippè quia earum tenuitas maligno in caſu, rubra, ſeù rufa licet, flobottomiæ haud opitulabitur. Poſtremò apprimè naturæ animaduertere motus neceſſe eſt, quanquam paucorum munus ſit hoc, ne

alijs

alijs irretita vexationibus ea, & omninò præſtabitur exilis; verum quando cauſarum ob multitudinem iſtis in malignis, ac minerarum inſcitiam, aliud contemplabile agit, quam ſenſibus ſit perceptibile. Maius quapropter hanc interpolare litem, & perlatam facere deciſionem, hic nobis faceſſit negotium. Habito, nimirum mouentis, mobilis, motuſq; initiatiuè tam, quò verſantis, ac conſpicuo ſcitu; & hæc magnam venarum indicantia vbertatem, ac cæterarum partium lautitiam, quoque verſutè pedis tantummodò ſcalpello venam ſecabitis, phæbea, vel magica prius iure cum pulli ſumpta confectione; niſi eius vicariæ capiendæ erunt: immanem minimè ſi adeſſe diram cognoſcetis, clyſterijs ſæpiſſimis, ſeù frigidis hepati ſuccis, ac renes algeſcentibus vtanimi vntionibus: ſecùs ac anceps danaliſq; occaſio ſi fuerit, irritationis violentia. Hydragirij tunc exercitabitis totum vntionem per corpus: minimè ſolum furioſa pacandi præomnipotens ſymptomata fuerit, fer-

Digitized by Google

uoris, ac bullitionis impetus; tum etiam diminuitionis, refrigerationis, aeriſque prauitatis reſpectu.

Demùm iam ſi multum pulſuum cum diminutione, ac illorum motuum inæqualitate, præcipiteq; virium lapſu agnoſcatur æger. Certiùs erit obſeſſa cordis comarca totius, & vno illa non fit ſimilis oppreſſio modo: præterea cum prauorum alicoties fuligines ichorum eam ſæpius ferientes, atque coinquinantes videantur: interdum verò vitæ cuſtodes dumtaxat, craſſis intactis ſuccis, tali patiuntur obſidio: vndè lenta, & ſepulta, citra humorum maculas febris adoritur. Parte pro prima, diminuta vitiorum copia, pauco cum potentiori vino, in quo tantillum iacinthini antimonij infuſum fuerit, & poſtea cremoris tartari cum iure quantitas capiatur ſufficiens, à quibus iucundè, & tutò habebitur excretio, deindè noſtra methodo Virium inſtaurandum robur. Secunda in parte deinceps, apprimè ſancti ligni decoctum erit, immaculatos attenuans humo-

res

res, nouoſue generaturum guardianos, ac pernicioſam extirpaturum radicem: ſi autem frigiditas per ambitum eſſet,& virium languor nimis. Vini generoſi balneum dulce, ſcilicet aqua vehementer calida illi adiuncta,ne vinum pro igne tenuitatem, ac potentiam amittat,præbendum erit. Vires verò ceù debiles haud; ſed tamen liuiditas, ac frigiditas extimarum partium ſolum: veſſicantia tunc diuina videntur. Tamen tàm anceps eſt eorum vſus, quantumuis hic proportiona, tuti autem non erimus ea adminiſtrare: quia ad aliud non ſunt nata, quam calorem foras trahere, & agens diuertere ab opere; at ſæpiſſimis cum cognouimus vicibus, acutos ob cruciatus, naturæ diterminaſſe potentias, ſomnoque perturbationes præbuiſſe, vnde hoſtis triumphum habuit. Itaque quid mererentur illi inſultè ſingulis in paſſionibus, poſt vulgares recepticulas iugiter ac illicò illa adhibentes: nihil cenſemus aliud, quam circulatorum laureas. Nihilominus per opportunum cum ſit tali, in obſidio

Digitized by Google

calidum totum præſeruare corpus; alia, blandè; atque vtiliter idcircò notabimus, accerrimum nimirùm eligere acetum, in quo ſinapis ſit infuſa farina; calida deinde, vbi neceſſitas erit, frigatione ablutio ſæpiùs fiat, viuum vocans calorem, ac tranſpirabile, calidumque totum conſeruans corpus; porrò cum ſanctiſſima expreſſione veterum volumina iubent fumentis, ac calidis rebus vti: vt vniuerſum per corpus ſit calor; & nec tantum foras, vt ſpoliata caſtella interna illo, & amplius munitiſſima mine reſtent.

Iuſtum haud fore ſecundo hoc in caſu, tota vnum, ac varia producẽtia ſingulatim ea diuellere, vt ampliùs minime id fuerit: prorſus cum ipſum immediatè excidere, vtilius, ac congruum erit; quemadmodum ſtellionata manifeſtat clades, ſuper vacaneos labores fuiſſe illos omnes, examuſſim quamuis geſtos, cauſam ipſius dimolituros per concurſa ad exortum: dum pacata nunquam eſſet, niſi affabrè, aut fortuitò, eam immediatè extirpantia inuencta

uencta fuiſſent, diſertis alijs ſuos ſenſim, diminuentibus origines. Eia igitur vt eximiè, ac genialitèr iſtius ſecundi caſus poſſideatur medela, decretanda illa erunt nunquam ſymboleitatem cum cauſis habentia, hoc eſt trans naturalia medicamina per nos: & ſanctum ſunt lignum, apprimèq; Mercurius varijs præparatus modis, atque parilla Sarta. Craſſa ſcilicèt, aut magis prius apta diminuta humorali Maſſa, iacinthini antimonij magiſterio, tartari cum cremore, illud dulcificans, & ſupradicta verſutè exercitetis deinceps, & habebitis intentum.

Verum tametſi munificè ſolertia turgidi priſci doctores implicitarum cō meditetur. calamitatum pacationem: ſatis ob earum longam tamen diſsidentiam, ac partium, quibus immanentium, colloqui obnixi fuerunt cuncta potius ſuperuacanea fuiſſe medicamina, quam vtilia, & hoc magis iſto præſenti noſtro in caſu: quamobrem, varia toto cælo petit prauus terræ halitus medicamina, quam putredo qualiſcumq;

cæterarum naturæ inimica. Itaque poſt varias, & nos iſto perpenſitandi viciſsitudines de caſu, duo hæc apprimè decreuimus, naturæ aut adoleſcere robur, vt myſticum quaſi agens qualiacunque contraria pellens, aut inuenire id multigena illa ad fugandum appoſitum. Ad primum aſſueto de parco alimonio, peccantes vt exiccentur ſucci, noua vires probe roborans ſumatur eſca, iugiterq; theriacæ phæbea cum noſtra tryphera ſumptio adhibenda erit, vinum nunquam deſtituēdum, & cum illo cordialia colluentia corpus exibenda erunt. Ad ſecundum verò illa vt arma capienda erunt, tota indiſcriminatim inimica vulnerantia, horumq; verſipellis Mercurius, vt multi iugus omnia appoſitè gerens, diuerſimode diſpoſitus. Nam per vntiones, humores foras vocat putridos, febrilis domat caloris impetus, & à principalibus ad ignobiliora ducit: cuncta putredini detrimentoſa hæc. At is cum antomonio eximiè confectus, ineffabiles; hoc eſt, quoslibet etherrogeneos genia-

Digitized by Google

genialiter latices, ac lepidè diſterminat; & de hoc fidem lues ſtellionata facit, perperam vetuſtate, humores varians; inuencto præterea pretioſo iſto medicamine, ſtatu ſubindè dimigrauit à ſuo. Imò huiuſmodi dumtaxat Prophetæ æternæ veritatis & nos erimus, cuilibet venturæ cladi; perpetim omnipotentiſſimum verſipellem, hunc fore Mercurium, etiam anglico ſudori prælibatiſſimum auſpicamur.

Incaſſum certamen neoterici agunt chimiſtæ auro de potabili, lapide, ac ſophorum: porrò cum ſummè aſſeuerate credimus, & nos, aliud non eſſe, antimonium, niſi affabre præparatum, haud tantum quaſcunque idoneum ad infirmitates, præſentes, ac venturas, verum quoque, etiam ritè ſumptum diù incolumes ſeruat gentes.

Poſtremò agaricum, noſtrum vt agens carum, obnoxios cunctos priùs euellens ichores, craſſos, tenues, ſeroſos, viſcidoſque, & naturales deinceps inſultè vſurpatum; & per quod, tempore noſtro obſeruaui-

uauimus, ſingulas ad miſerias morborum præſentaneum eſſe. Itaque exploratè concluditur ineſplicabiles tres iſtæ arces, hos,& ad quoslibet præſentes, venturoſue, ſtrenuè ſepræſtare morbos.

Nullam humanis inexcitam ab ingenijs vniuerſi partem auſpicamur fuiſſe, & athomæ harum tamen dotes cunctæ adhuc ſopitæ videntur: deparcos intellectuum labores dumeta timentes, apricaſque repentè currentes per vias, huiuſmodi occaſiones fuiſſe aſſerimus. Mirum eia minimè ſit vobis, ſi clancule adhuc implicitorum merum morborum eſſe ſcitum. Subtilibus, & omiſſis ſingulis vulgarium, erga illos medicorum crucitationibus: quidem cum aliud non ſentitur per loca, duplicium, ac completarum tertianarum dialogos: neſcientes mehercle ortum, naturam, harumque partus. Ad Apollinem igitur occurſuri, nobis ſedulitatem præſtantem, iſtorumque, vt rimatio habeatur.

Celebres aſſerunt nonnulli medicinæ pro-

profeſſores morbos naſci implicitos, aut cauſarum diuerſarnm vnione, nothos illecitimos potiùs, aut locorum varietate; validius nempè agens plures tentauit vias. At quipiam, & nos bifariam horum aſſerimus ſolere eſſe ortum.

Primò quidlibet quemadmodum ab agente, paſſoue ſolitum productum opus; & eorum autem diſſimilitudinem propter diuerſificatum poſtea videtur. Semina, ceù quædam inter ſe ſimillima, vterorumque tamen ob inæqualitatem diſpares proferent ſoboles, ſeù vterus quando, vnus licet, & ſeminum multiplicitatem recipiens; conflatilè deinceps ſoboleſcet. Vnde horum prima Origo cognoſcitur.

Secunda ſuccedit tandem, vinum itidem mucidum in dolio reſidens, & longa temporis aut mora, potenti ſiuè ſui actiuitate ſuas illi communicauit proprietates. Quanquam quippè illo immunè dolium vacuatione poſteà videatur; vini tamen propagine nunquam, & ſimili nō auferatur modo. Ita commodum ſecunda iſtorum

de

de origine noſtra ſe habeat res : Cum ſupradictarum nempè occaſionum conteſtus, proximas ob diſpoſitiones, ad putredinem conſpiret, vndè maior illius ſenſibilitas percipietur; & ſic pluribus temporis punctis, adſtantium ſiuè medicorum, aut erratis, malignitas adhipiſcetur recens.

Interdum autem malignitas illa haud impendeti cum dira, cæterorum per obex concurrentium, ſed temporis viciſſitudinibus coctiones tantum exturbans, putrida & ſic adorietur ſubindè febris, toto ab illa conflatilis cælo. Itaque ſanè reſtat concauſarum contextè proceſſio difformes agere partus poſſit, nouo noſtro phyloſophandi lumine. Cuius denique pro roborre locupletiſſima, atque ſanctiſſima medica non deficient in arte teſtimonia. Triſtes nam hippocrates illi horribili vultu putridis vſtis febribus afflictis denegantes aquas; ſuperadditarumque febrium, ethicarum horum inſcitiam cauſam porrò auſpicamur fuiſſe. Tametſi illæ prorſus fu-

Digitized by Google

fugatæ fuiſſent: ethicarum quippiam intenſi gradus videntur. Infernarum imò ampliùs vitia partium, cum ſupernas lediſſent, quibus deinceps deprauatis, pulmones, & cæteræ tempore proſterni partes videntur, primaris deindè quamuis medicatis; at læſa verò ſubſequuta quoque ſiſtunt.

Ne nouum hoc ſophandi noſtrum vanum cenſeat quislibet: palam momenti ſit quanti opus patefacere id habemus. Putrida, ac maligna forſitan, quidam cum ſit laborans, & inconſtantibus, conflatilibuſq; ſymptomatibus obſitus: ſedulos ad opiferos certè quide deceret penitus nunquam illi opitulari, perfecta originum abſque notitia; perfectam diximus, perfectè cum opus erit, horum an plures fuiſſe fontes, & ſi eſſent, diſſimiles ne: porrò cum præſidia vni data, alimenta ne ſint alteri; quibus ceù pectora gaudent, capiti dicuntur obnoxia, hoc eſt morbos augere illius, ſicut putredini, quæ malignitas poſſit. Nimirum requie quando vna indiguiſſet,

ſet,

ſet, altera tunc motum indicaret, & valde quod importantiſſimum eſt, quamuis vna alterius ſit ſoboles, generanteque enim ſtante, ea infarta videatur; & ablato illo verò, quoque ipſa regnat ſola.

Legite inquam ò lectores, quanta ſedulitate hæc opus habent, ritè vt harum naſcatur extirpatio. Non immeritò quapropter noſtrum nouum inſtitutum fuerit lumen, id quidem tota iſta diſſipans dubia. Illo verum enim noſtro lumine habito, apprimè etiam quilibet opiferi, ſimili in harum ſuceſſu febrium cõmeditari hoc tenentur, nempè præceſſiſſe an occaſiones totas talis morbi ad productionem aptas: ſin minus ad aliud mens procedenda erit. Ceù quis putrida valdè correptus cum fuerit, vllo cauſarum diſpoſitarum apparatu, atque euidentia; certo enim certius li perturbans coctiones adeſt illi, putridãuè dequiq; excitans febrem; igitur id primario rimandum, ac extirpandum, cura antedicta. Hoc adiuncto tamen, debilis ſi ſit æger, & detrimenta putredinis tolerare

rare nequiens; modicè, ac ſæpiſſimè cibandus erit, alimoniorum nam ſumptione, maligni demulcentur vapores; ſi auxilijs tunc videtur deſtitutus. Vini cretici balnea, feruenti cum pauca aqua dulcificata, quadrantis horæ ſpatio adhibite. Ad putredinem, id pacatum ſi videbitur, obtutus vertendi erunt, hac ſola cum admonitione, exercere nunquam malignitati fauorabilia. Putrida tandem malignitatis cauſa ſi fuerit: quamuis malignitas ocyus, ac potentiſſimus ſit hoſtis: Noſtri luminis de lege, ea verſute, ac prius delenda, & ſuis contrarijs proficiſcendum, malignitatem quamuis adiuuantibus. Ne hac de lite, de hoc migrans ſeculo æger aſpiciatur.

Quapropter perſpicuè, ac gloriosè, recenter noſtra inuencta, & perenniter ſingulari cum præconio, orbem per totum laudanda erunt, putredinem extirpantia, & cum ea ſimul cuncta quælibet venena. Sedulò perpendite hæc, ò vos Lectores, & ſanctiſſimè exercitabitis: ritè quia ea geſta

Dei

Digitized by Google

Dei vocantur manus, mendosè autem mucronati ſunt enſes. Nam ex hoc iam medicæ tantæ profeſsioni hodie ſunt dicæ. Poſt cum à Dijs Ortum habuit, à Regibus exercitata. Nunc verò à diabolis calumniatoribus confuſa ſentitur, & ab agirtis miniſtrata, neſcientibus morborum cauſam, & inſultè medicamina miniſtrantibus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

Digitized by Google